

M
PH
HIST

DE

BOCCHORI REGE

THESIM

FACULTATI LITTERARUM UNIVERSITATIS PARISIENSIS

PROPONEBAT

ALEXANDER MORET

in ordine historiae aggregatus.



PARIS

ERNEST LEROUX, ÉDITEUR


28, RUE BONAPARTE, VI^e

1903

DE BOCCHORI REGE

ANGERS. — IMP. ORIENTALE A. BURDIN ET C^{ie}.

TAB. I.



BOCCHORIS VAS

(op. Schiaparelli, *Di un vaso fenicio...*, tav. II.)

DE
BOCCHORI REGE

THESIM

FACULTATI LITTERARUM UNIVERSITATIS PARISIENSIS

PROPONEBAT

ALEXANDER MORET

in ordine historiae aggregatus.

PARIS
ERNEST LEROUX, ÉDITEUR
28, RUE BONAPARTE, VI^e

—
1903

INDEX FONTIUM ET AUCTORUM

I. — Fontes Aegyptiaci.

Stela Piankhii (ap. DE ROUGÉ, *Chrestomathie Égyptienne*, 4^e fasc., Paris, 1876).

Stela Tnephachthi (ap. *Recueil de travaux relatifs à la philologie et à l'archéologie égyptiennes*, t. XVIII, p. 4-6).

Stelae Bocchoris (*Louvre*, n°s 97, 112, 120, 298, 299. — Partim ineditae, partim, ap. MARIETTE, *Le Sérapeum de Memphis*, Paris, Gide, 1857, in-folio, pl. XXXIV).

Vas Phoeniceum (ap. SCHIAPARELLI, *Di un vaso fenicio rinvenuto in una tomba della necropoli di Tarquinii* (ap. *Monumenti antichi pubblicati per cura della reale Acad. dei Lincei*, VIII, 1898, tav. III-IV, p. 90 sq.).

Charta demotica XVI anno regis ignoti scripta (*Louvre*, ap. REVILLOUT, *Notice des papyrus démotiques archaïques*, p. 205.)

Charta demotica « de agno Bocchoris » dicta (Vienne, ap. KRALL, *Vom König Bokchoris*).

II. — Fontes Graeci praecipui.

HERODOTUS, II, 137-140.

MANETHO (*F. H. G.*, II, p. 592). Cf. *Chronique de Michel le Syrien*, ed. Chabot, Paris, 1902 (Michael Eusebii verba perscripsit XII saeculo aetatis nostrae).

DIODORUS, I, 45, 65, 79, 94.

FL. JOSEPHUS, *C. Apion*, I, 34, II, 2.

IAMBlichus, ap. Phot., p. 224, et ap. *Hermes*, I, p. 363.

PLUTARCHUS, *Demetr.*, 27; *de falso pudore*, 3.

PANCrates, ap. *Athenæum*, XI, p. 478, XV, p. 677.

AELIANUS, *De natur. animal.*, XI, 11; XII, 3; *Variae histor.*, XII, 63.

CLEMENS ALEXANDRINUS, *Stromat.*, IV, 17 (ap. MIGNE, *Patrolog.*, VIII, p. 1324).

III. — **Fontes Latini et Tabulae pictae.**

TACITUS, *Histor.*, V, 3.

Monumenti inediti pubblicati d'all' Instituto di corrispondenza archaeologica, XI, tav. XLIV-XLVII.

O. IAHN, *Die Wandgemälde des Columbariums in der villa Pamphil* (ap. *Abhandlungen der bayrisch. Akad.*, VIII (1857), Abth. II, p. 231, cum tabulis).

E. LE BLANT, *De quelques monuments antiques relatifs à la suite des affaires criminelles* (ap. *Revue archéologique*, 1889, I, p. 23, cum tabula).

IV. — **Auctores Praecipui.**

I. — *De Bocchori in universum*. — A. WIEDEMANN, *Aegyptische Geschichte*, II (1884), p. 578-80.

G. MASPERO, *Histoire ancienne des peuples de l'Orient classique*, I (1894)—III (1899), praecipue, t. III, p. 245 sqq.

K. SETHE, s. v. *Bokchoris* in Pauly-Wissowas *R.-E.*, III (1899), p. 666-67.

II. — *De Bocchoris vita*. — A. MARIETTE, *Renseignements sur les 64 Apis trouvés dans les souterrains du Serapeum* (ap. *Bulletin archéologique français*, août-septembre 1856).

E. DE ROUGÉ. *Inscription historique du roi Piankhi* (ap. *Revue archéologique*, 1863, p. 116).

III. — *De Bocchoris agno*. — KRALL, *Vom König Bokchoris* (ap. *Festgabe z. Ehr. M. Beudingers*, 1898).

IV. — *De Bocchori judice*. — G. LUMBROSO, *Sul dipinto pompeiano in cui se è ravvisto il giudizio di Salomone* (ap. *Atti della reale Accademia dei Lincei*, ser. III, vol. XI (1883), p. 303).

E. LŒWY, *Aneddoti giudiziari dipinti in un freggio antico* (ap. *Rendiconti della reale Academia dei Lincei*, ser. V, vol. VI, fasc. I (1897), p. 27 sqq. cum tabulis).

C. ROBERT, *Illustrationen zu ein. griech. Roman.*, ap. *Hermes*, XXXVI (1901), p. 364.

E. ROHDE. *Der griechische Roman*, 1883.

V. — *De Bocchori legislatore*. — E. REVILLOUT, *Notice des papyrus démotiques archaïques... à partir du règne de Bocchoris jusqu'à Ptolémée Soter*. Paris, 1896.

E. REVILLOUT. — *Précis du Droit égyptien.* 1^{re} part., 3^e fascic.
Paris, 1899. — *Les rapports historiques et légaux des Quirites
et des Égyptiens.* Paris, 1902.

Ephemerides Periodicae :

Recueil = *Recueil de travaux relatifs à l'archéologie et à la philo-
logie égyptiennes et assyriennes.* Paris, Bouillon.

Zeitschrift = *Zeitschrift für ägyptische Sprache.* Leipzig, Hin-
richs.

Sphinx = *Sphinx, revue critique d'Égyptologie.* Leipzig, Hin-
richs.

CAPVT PRIMVM

De Bocchoris vita et morte.

- I. De Aegypti condicione ante Tnephachthi adventum. — II. De Tnephachtho, Bocchoris patre. — III. Quomodo Tnephachthus regio nomine potitus sit. — IV. De Bocchoris regis nomine. — V. De Bocchori Saïs rege. — VI. Quale sit Bocchoris regnum. — VII. De finibus Bocchoris regui. — VIII. De Bocchoris morte. — IX. Quot annos Bocchoris vixerit. — X. Quo tempore Bocchoris regnaverit. — XI. De Bocchori rege quae falso narrata sint. — XII. Conclusio.

I. Qualibus temporibus et quali fortuna usus, Bocchoris, humili stirpe cum fuerit, ad summam dignitatem provectus sit, ne ignores, res Aegyptiacas post Ramessidum extinctum genus paucis exponam verbis.

Aegyptum totam, postremo Ramesse defuncto, nullus jam rex obtinuit. Thebis enim, Herihorus, dei Ammonis primus sacerdos, regio nomine cum potitus esset, superiorem Aegypti partem regnum a reliqua Aegypto sejunctum reddidit cuius fines usque ad Aethiopiam duxit. Inferior autem pars Smendi principi Ramessidum consanguineo obvenit, qui et regiam urbem habuit Tanim.

Herihorum vero, ejusque successores, regiam dignitatem injuria usurpavisse Manetho existimavit ita ut, inter reges in dynastiam XXI jure scriptos, Taniticos reges solum numeraret¹.

1. *FHG.*, II, p. 590.

Postea, extincta Smendis stirpe, mercenariorum ex Libya militum quidam dux, Sesonchosis nomine, in urbe Bubasti dynastiae XXII primus et conditor fuit, cuius imperio inferioris Aegypti urbes ex tempore se dederunt. Ammonis autem sacerdotes, quanquam ab Aethiopia non disjecti, Thebis discesserunt. Cum vero Aegyptum totam haberet captam, Sesonchosis, fortuna usus secunda, majora molitus est : qui pristinam Pharaonum auctoritatem ut et in provinciam Syriam restitueret consilium cepit. Itaque, cum eodem tempore Roboamus, Hierosolymitarum rex, cum Samaritarum rege Jeroboamo bellum gerere coepisset et auxilium a Pharaone postulavisset, eam causam ab utroque Syriam recuperandi Sesonchosis nactus est (a. 923)¹. Inde totum, si Aethiopiam exciperes, Ramessidum imperium vir novus, barbarus, humili condicione ortus, obtinuit.


Sed tantam auctoritatem Sesonchosidis successores langescere passi sunt, ita ut nonnullae ex magnis civitatibus reges singulos legerent. Mox etiam in urbe Bubasti gens quae-dam Tanitica ceteras praestitit : unde dyn. XXIII^{ae} res augeri cooptae sunt² (a. 780). Rex tamen Osorcho, tertius nomine, fortunae fuit impar : qui cum se desidiae dederet, urbium propinquarum principes ex imbecillitate ejus creverunt. At praeter ceteros insigni fuit magnanimitate, obfirmataque voluntate aut immodica audacia, Tnephachthus, Bocchoris pater.

II. Ex titulo, qui Pianchii stela dicitur³, accepimus Tnephachthum⁴ obscuro tenuique loco ortum esse. In oppidulo

1. Maspero, *Hist.*, II, p. 768-775.


2. De dynastia XXIII, cf. Maspero, *Hist.* III, p. 165 sqq..

3. E. de Rougé, *La stèle du roi éthiopien Piankhi-Meriamen* (ap. *Chrestomathie égyptienne*, IV, Paris, 1876).

4. Hujus nomen scribebatur ~  Tafnakhti (vel Taf-necht, ut scribebat De Rougé), quod legerunt Graeci Τύφαχθος (Diodor., I, 45, 2) aut Τέγχωντος (De Iside et Osiride, 8); de quo vide De Rougé (*Inscription historique du roi Piankhi-Mérimoun*, ap. *Revue archéologique*,

Noutir, quod Sebennytis haud procul aberat, armorum initium fecit ut urbis parvae « magnus princeps » (*ḥād our*)¹; at majora concupivit. Omnium vero rerum, qua ratione nescimus, summa ei erat facultas : mox, quantum auctoritate valeret, expertus est.

Primum singulas inferioris Aegypti civitates potestati suae subjicere conatus est : quod et perficere, ut ipsa res declaravit, non difficile erat. Nam Tnephachthus, ut sollertis naturae vir, Osorchoris, Bubastis regis, dignitatem cum nihil minuisset, ejus invidiam mitigavit. Ceterae contra civitates toto animo et opibus ei in bellum incumbenti deditioinem fecerunt, Saïs (*Sait*), Memphis (*Anbou-hez*), Aphroditopolis (*Panébtepahou*), Hermopolis (*Shmennou*), quae erant inferioris et mediae Aegypti firmissima quaeque oppida². Quas inter sola, Heracleopolis (*Khninsou*) cum portas clausisset, circumcesso oppido et praesidio castris parte militum reicta, ad Thebas (*Ouasit*) citato gradu Tnephachthus cum ceteris copiis iter fecit, quod, eam urbem, caput rerum, si cepisset, reliquas civitates sperabat se adjuncturum. Quin etiam in belli societatem adversus Thebas Aegypti inferioris principes omnes impulsi sunt, inter quos Osorcho rex ipse³ : jam penes Tnephachthum erant auctoritas et imperium.

1863, p. 116) : « Tnephachtos ne diffère de Tafnecht que par la métathèse du φ et du χ . Le traité d'Isis et d'Osiris l'écrit Technachtès ; Tafnecht est une véritable moyenne entre ces deux transcriptions. » — Contra, apud Athenæum (X, p. 418), ex Alexidis Περὶ αὐταρχείας libro, invenimus : Βόκχοριν καὶ τὸν πατέρα αὐτοῦ Νεόχαβιν... (cf. apud Plinium, *H. Nat.* XXXVI, 14, 3, *Necthebis*). Hoc nomen temere collatum est cum prænomine  Shepses-Ré, quo usus est Tnephachthus cum regio nomine potitus esset (cf. D. Mallet ap. *Recueil*, XVIII, p. 5, cuius sententiam emendavit Ed. Naville ap. *Recueil*, XIX, p. 214, n. 1). Unde tamen Νεόχαβις ortus sit, nescire fateor : quod qui Tnephachthi memoriae adscriperunt, illi profecto erravere.

1. De Rougé, *Stèle de Piankhi*, I. 2.
2. De Rougé, *Stèle de Piankhi*, I. 3-4. In aegyptiaco titulo provinciarum aut urbium nomina invenies.
3. De Rougé, *Stèle de Piankhi*, I. 3 (p. 81) : « Tafnekhta s'est emparé

Tunc Thebaidis principes auxilium petunt a sacerdote Ammonis qui Napata in urbe rebus Aethiopicis praeerat. Quam occasionem Aegypti recuperandae, cuius decessionem Aethiopes moleste ferebant, Piankhius rex non despexit : qui, copiis suis contractis, in vallem Nili quam maximis itineribus contendit ita ut paucos post dies Tnephachthi milites, ex diversis populis collecti, Aethiopum impetu labefacti essent. Piankhius, cum hostem Thebis adjutis et Heracleopoli liberata rejecisset¹, rex Osorkho et ceteri Tnephachthi socii humillimam salutem a victore petere festinaverunt². Tnephachthus contra in fidem Piankhii non sine ulla pactione se tradidit neque pacis foedae accepit condiciones. Cum enim regis Aethiopum legati Saïm venissent qui Tnephachthi jusjurandum acciperent, ille in Neithae templo, per deam jurans, sacramento se obstrinxit : « Non regis Piankhii jussa transgressurum esse, neque ulli principi, insciente Piankho, vim adhibitum, sed regis dicto obedientem, jusjurandum servaturum³ ». Hoc placatus sacramento, Napatam Piankhius rediit. Inferiore vero Aegypti parte in pristino statu relicta, Thebis contra Aethiopicus princeps quidam, nomine Kashta, regiam potestatem obtinuit⁴ : cujus filius Shabaco postea Bocchori fuit inimicissimus (a. 740).

de l'Occident dans tout son contenu depuis les extrémités jusqu'à Tatouï. Il marche au Midi avec une armée nombreuse ; les deux régions se réunissent auprès de lui. Les commandants et les gouverneurs de nomes sont à ses pieds comme des lévriers... » ; l. 19 (p. 83) « : Tous les princes de la Basse-Egypte, ainsi que le roi Osorkon qui était à Bubastis... tous les commandants et gouverneurs de nomes de l'Occident, de l'Orient et des pays du centre, s'étaient tous ensemble réunis dans une même voie, suivant les pas du grand chef de l'Occident, gouverneur des nomes de la Basse-Égypte, prophète de Neith maîtresse de Saïs, prêtre de Ptah, Tafnekhta. » His autem verbis docemur quibus nominibus Tnephachthus Victor jam appellaretur. Animadvertes autem eum regio nomine non usum esse.

1. De Rougé, *loc. cit.*, l. 27-100.

2. *Ibid.*, l. 100, 114-118.

3. Haec verba e titulo aegyptiaco ipsa extuli (l. 142-144).


4. Cf. Maspero, *Histor.*, III, p. 180, 246.

III. Has res, cum ad Bocchorim regem nihil pertinerent¹, tamen in memoriam reduci oportuit, quia ex eis oritur quidquid mali aut boni Bocchori fuerit.

Etenim, quanquam adverso bello, Tnephachthi ejusque filii auctoritas valde aucta est. Quos ambos molem belli adversum Piankhium totam sustinuisse, atque, pace refecta, in inferiore Aegypto summam potestatem servasse credebant omnes. Namque, post bellum confectum, Tnephachthus cum oppidulum Noutir reliquisset, Saïmque omnibus copiis refertam urbem imperii domum ac sedem elegisset, mox, nullo repugnante, auctoritati ipsi, quam tempus comprobaverat, regia nomina et insignia adjunxit. Nam in stela quadam, Athenis servata² (cf. fig. 2, p. 20), legimus Tnephachthum, ut inferioris et superioris Aegypti regem, octavo regni anno Neithae deae, cuius numini Saïs consecrata erat, decreto agros tribuere³. Cum autem in titulo Piankhii Tnephachtho regium

1. Bocchoris nomen Piankhii stela omittitur. Scimus tamen Tnephachthi filium unum ad urbem Tatehen periisse (l. 28), alterum autem ad urbem Pasekhemkhopirri captum esse (l. 80). Sed utriusque principis nomen deest.

2. D. Mallet, *Quelques monuments Égyptiens du musée d'Athènes* (ap. Recueil, XVIII, p. 4-6). Haec sunt Tnephachthi regia nomina : L. 3.)



« Rex superioris inferiorisque Aegypti,

duarum terrarum dominus *Hor tma*, rex superioris inferiorisque Aegypti,

coronarum dominus.... *Hor aureus, Shepses-Ri*, solis filius, *Tafnekht* in

aeternum vivus. »

3. Cf. Maspero, *Histor.*, III, p. 181. Quo tempore Atheniensis titulus scriptum esset, utrum post vicium Tnephachthum necne, eruditii certaverunt. In medium item vocandi non est hic locus. Hoc tantum dicam me docti Maspero sententiam secutum esse : « M. Revillout veut placer cette usurpation (de Tafnakhti) avant l'intervention de Piônnki (*Notice des papyrus démotiques archaïques*, p. 213, n. a); je crois comme Mallet (*Recueil*, XVIII, p. 6) qu'elle eut lieu après l'invasion. Si Tafnakhti avait eu les titres royaux, Pionkhi les lui aurait laissés, comme aux autres Pharaons locaux; un roi de plus parmi ses vassaux ne lui aurait pas déplu »

nomen defuerit, summa dignitate eum potitum esse postquam Aethiopum rex domum regressus erat, apparebat.

Saïm autem ex Bubastis ruinis creuisse, id verisimile est. At quamdiu post octavum annum Tnephachthus regnaverit, et quid agens, per titulorum inopiam nescimus. Hoc tantum constat Bocchorim, patre defuncto, seu Osorhonis filii, Psammi¹, auctoritas Bubasti infirmior facta erat, seu et ipse mortuus erat, totius Aegypti dominum habitum esse et hereditatem adiisse antiquorum Pharaonum (a. 722).


Hoc igitur cum Aethiopum rege certamen Tnephachtho et Bocchori felicis fortunae fons fuit, quanquam acerbissimo luctu ea victoria redundavit. Nam foedere ac sacramento illigati Saïs reges ad injurias saevissimorum hostium oblati erant. Quo factum est ut Bocchori, cuius fortunae Aethiopes invidebant, multa mala orirentur, quae omnia non impune tulit.

IV. Filii et successoris Tnephachthi² nomen a Manethone et Diodoro primum accepimus, apud quos Βάχχωρις et Βάχχορις scriptum erat; ab aliis vero Βάχχυρις aut Βάχορος dictum est.

(*Histor.* III, p. 180, n. 1). Etenim inter principes cum Tnephachtho adversus Piankhium foedere junctos, tres tantum, praeter Osorhonem, reges appellantur (cf. de Rougé, *Revue archéologique*, 1863, p. 109). Sin autem eo tempore Tnephachthus nomine rex fuisset, sine ullo dubio regium nomen ei adscriptum esset.

1. Post Osorhonem in XXIII dynastia Manetho duos reges numerat, Psammum et Zet quemdam (quem solum Africanus cognovit). Nec vero quicquam exstat ex quo appareat eos regnavisse. Psammum tamen vixisse opinantur Maspero (*Histor.*, III, p. 180) et Wiedemann (*Aegyptische Geschichte*, p. 577), quibus Zet regis nomen ipsum in dubium venit. Ceterum, utcumque se ea res habuit, ultimorum Bubastis regum famae laude sua Bocchoris obstitit.

2. Etsi Bocchoris nullo aegyptiaco titulo Tnephachthi filius appelletur, haud dubium est quin de hac re graecis scriptoribus fidem habere debeamus. Cf. Diodor., I, 45, 5 : « Τνέφαχθον τὸν Βοχόριδος τοῦ σοφοῦ πατέρα. De Iside et Osiride, 8 : Τέχνατις ὁ Βοχόρεως πατὴρ ». Titulo Piankhii docemur Tnephachtho filios non defuisse. Cf. p. 5, n. 1.

Quod regium nomen in nullo titulo aut monumento unquam ante lectum est¹ quam doctus Mariette Apium sepulcrum, quod Serapeum vocatur, ex arena a. 1851 effudit. Hoc in eodem loco inventi sunt boves duo, quorum unus Sesonchoside XXXVII annum regnante sepultus est, alter principe adhuc ignoto VI annum regnante. Cujus nomina in cellae parietem inscribuntur : {  }  « Anno sexto, sub rege superioris et inferioris Aegypti *Ouâh-qa-Rî*, solis filio, *Bak-en-ren-f*, in aeternum vivo. » Hoc autem inventum quanti esset momenti nec doctum Mariette fecellit :

« A l'Apis mort l'an 37 de Scheschonck IV succède un Apis mort en l'an 6 de Bocchoris. Bocchoris fut, comme on le sait, l'unique roi de la XXIV^e dynastie... La légende (scilicet regium nomen) de Bocchoris nous était inconnue avant la découverte du Sérapéum. Quelques stèles et une inscription tracée en noir sur l'un des murs de la tombe d'Apis nous l'ont révélée en cette forme. Nous devons incontestablement au nom propre *Bek-en-ran-ew* la transcription grecque Βόχχωρις. Je ferai remarquer cependant que, par la permutation ordinaire des articulations *Ou* et *B*, le nom propre Βόχχωρις ou Βόχχωρις se retrouve également, et avec une exactitude aussi grande, dans le prénom *Ouah-ke-râ*². »

De his ultimis verbis etsi cum docto Mariette consentire non possum, nemo est tamen qui Βόχχωρις e *Bak-en-ren-f* ducum esse neget. Sed qua certa ratione graeci scriptores e

1. Cf. exempli causa *De Iside et Osiride*, éd. Parthey (a. 1850), p. 175 : « Die hieroglyphischen Namen des Bokchoris und seines Vaters sind unbekannt... »

2. *Renseignements sur les 64 Apis trouvés dans les souterrains du Sérapéum* (ap. *Bulletin archéologique français*, août-septembre 1856). Cf. A. Mariette, *Le Sérapéum de Memphis* (Paris, Gide, 1857, folio, pl. 34 et p. 24) in quo libro repertis et regis nomina in parietem cellae inscripta et trium stellarum effigies, quarum una nomina Bocchoris, a. regni sexto, refert (*Louvre*, salle historique, n° 298).

nomine *Bak-en-ren-f* litteras quasdam cadere sivissent et verbum corripuisserent ad formam « Βόκχωρις », rectius Maspero nos docuit¹. Quid autem in aegyptiaca lingua vox sonet quaerenti, eam « Nominis (id est Genii) sui servum » significare respondebo².

V. Per pauca vero de Bocchoris vita Graeci scriptores monumentaque Aegyptiaca nobis tradiderunt. Nomen ipsum Bocchoris apud Herodotum abest, atque Manethonis testimonio tantum scimus Bocchorim « Saiticum » appellatum esse, et in dynastia XXIV, ut regem unicum, adscriptum³. Diodorus autem, qui de Bocchori judice et legislatore non pauca refert, vitam ipsam aut omittit, aut de ea nihil scit quod dicat : ita ut hanc unam rem proferre, scilicet Bocchorim Tnephachthi filium esse⁴ ei satis fuerit.

Igitur ex his graecis fontibus accipimus Bocchorim primum tam valuisse ut in urbe Saï patriam hereditatem servare posset. Immo imperium illud quod Tnephachthus in Aegypto re et vi obtinuerat, jure omniumque consensu Bocchoris habuit. Etenim, Manethone auctore, constat Bocchorim ab Aegyptiis non ducem, ut ita dicam repentinum, sed regem habitum esse, cujus nomen in publicis annalibus jure ins-

1. G. Maspero, *A travers la vocalisation égyptienne* (ap. *Recueil*, XV, p. 189 sqq., et XVI, p. 77) : « Le nom *Bak-en-ren-f* se trouve transcrit en assyrien d'abord *Boukourninip*, puis en grec Βόκχωρις... La finale *f* est tombée en grec ; il convient de remarquer que le nom du roi *Nekhtanébef*, Nectanébo, a perdu de même son *f* finale Νεκτανέβης... Les Grecs ont négligé la finale qu'ils entendaient mal ou pas du tout. — Les transcriptions grecques ne tiennent aucun compte du *ni* de relation qui se trouve entre *Bak* et *ren f*, et se rattachent à une forme secondaire du nom *Bak ren f* qui est à peu près aussi fréquente que la forme pleine. »

2. Saepe in aegyptiaca lingua verbum « nomen » *ren* cum verbo « Genius » *qa* commutatur. Cf. Lefébure, *Le Ran et le Ka*, ap. Guieysse-Lefébure, *Papyrus funéraire de Soutimès*, p. 16.

3. Manetho (sec. Africanum) Τετάρτη είκοστὴ δυναστεία. Βόκχωρις Σαΐτης ἔτη σ' (sec. Eusebium... ἔτη μδ'), ap. *FHG.*, II, p. 592.

4. Diodor., I, 45, 5.

criptum esset (quo honore certe ejus pater non ornatus est); atque in urbe Saï easdem partes egisse videtur, quas olim Tani Smendes et Bubasti Osorcho susceperant.

Aegyptiis autem monumentis Manethonis et Diodori testimonia confirmantur. Iisdem enim regiis nominibus utitur Bocchoris quibus Pharaones antiqui uti consueverunt : sic, regum more, Bocchoris praenomen ⲥ Ⲧ Oudh-qa-Rî « conditus est genius Solis », nomenque ⲥ Ⲧ Bak-en-ren-f « nominis sui servus » in regio clypeo Ⲧ scripta sunt. Neque desunt regia vocabula Ⲧ souton bâit « superioris inferiorisque Aegypti rex », neque Ⲧ sa Râ « Solis filius », ejus nominibus adjuncta. Unde sequitur ab aequalibus suis revera regem Bocchorim habitum esse.

At rogare licet an in urbe Saï Tnephachthi filius rerum potitus sit. Cui rei vasi quodam fictili, in Tarquiniorum urbis (hodie *Corneto*) sepulcreto a. 1895 reperto, responsum est¹ (cf. tab. I). In quo vasi, forma et colore eximio², a rustico quodam fabro, qui Phoeniceus, non Aegyptius fuit, caelato, imaginum series duae videntur. In sublimi parte species effingitur cui eruditii aptam interpretationem adhuc adjecerunt³.

1. E. Schiaparelli, *Di un vaso fenicio rinvenuto in una tomba della Necropoli di Tarquinii* (ap. *Monumenti antichi*, pubblicati per cura della Reale Accademia dei Lincei, VIII, 1898, p. 90-99, c. 2 tav.). ... « Il vaso fu scoperto il 3 di aprile dell' anno 1895, in una tomba della necropoli tarquinese ed è ora conservato nel museo municipale di Corneto-Tarquinia... »

2. Schiaparelli, *loc. cit.*, p. 90. « E d'impasto quarzoso coperto di rivestitura vitrea, ossia della classe dei fittili che ordinariamente si indicano col nome di « porcellane egizie. » Per quanto concerne le circondanze del rinvenimento, veggasi il rapporto del prof. W. Helbig (*Notizie degli Scavi*, 1895, p. 14 sg.). »

3. Schiaparelli, *loc. cit.*, p. 90 : « E rappresentato un Faraone che rende omaggio al dio Oro... Il Faraone, nell' adempimento di tale atto di omaggio, è assistito della dea Neit... La dea Neit solleva il braccio sinistro dietro il capo del Faraone, quasi per proteggerlo coll' emblema

Bocchoris vero (cujus nomina barbare adscribuntur) in templo deae Neithae pedes incedit, dum dei Horus et Thot eum manibus tenent, qui postea in adytum Neithae eumdem inducunt. At illa, manu sublata, regis cervices aversi attingit, ut « vitae » emblemato ☩ ankh corpus animaque Bocchoris incantentur (fig. 1). Quo magico auxilio Aegyptiorum dei uti solebant, cum, vel die ipso accepti imperii vel anniversariis diebus, regibus coronam imponebant¹. Unde sequitur ut nihil aliud figulus exprimere voluerit quam Bocchorim a dea Neitha, cujus numini sacrata erat urbs Saïs, Pharaonum ritu in regia civitate coronam accipientem. Itaque non falso apud Manethonem Bocchoris Saïticus appellatur².

♩ che essa tiene in mano... Nell' altra scena, a sinistra, lo stesso Farao è rappresentato fra il dio Oro ed il dio Thot, che lo hanno preso per mano... » Cf. Revillout, *Les rapports historiques et légaux des Quirites et des Égyptiens*, p. 3 : « Bocchoris est représenté sur ce vase à l'apogée de sa puissance et de sa gloire. Les décosations en émail bleu y occupent deux registres. Dans le second, des prisonniers y sont figurés, les mains attachées soit au-dessus de la tête, soit sur la poitrine, soit derrière le dos. Dans le premier, le roi, couronné de l'uræus et portant ses deux cartouches, d'une part se fait assister par la déesse Neith pour adorer le dieu Horus, d'autre part, s'avance en donnant les mains au dieu Horus, symbole de l'*imperium* pharaonique, et au dieu Thot, symbole de la science. »

1. Meo quidem animo, non Bocchoris figuram, Horum cum deorum Thot et Neithae auxilio venerantis, figulus informavit. Illis enim regis deorumque imaginibus personas fingi intelligendum est, quas in templorum parietibus saepissime reperias. Vero enim vero de una re, scenis duabus, agitur : in prima « regis incessus ad templum » ☩ (souton bes r nouter hait) effingitur; in altera, regi averso vel genu flexo, templi deus summus, incantatorum ritu ☩ (di ankh) « vitam dando » aut ☩ (sotpou sa ankh) « vitae auram emitendo ») vitam vel coronam sacram imponit. De his scenis cf. A. Moret, *Du caractère religieux de la royauté pharaonique*, p. 100, tab. II, p. 220, 243 (fig. 60, 75).

2. Schiaparelli, loc. cit., p. 94-95 : « Il fatto di trovarvi rappresentata,




Fig. 1. — Bocchoris vas, ap. E. Schiaparelli, *Di un vaso fenicio...* (fav. III-IV).

VI. Quale autem Bocchoris imperium sit, nunc indagandum. Nihil aliud enim quam regia Bocchoris nomina proferre et quae de eo Manetho dixisset parvi argumenti esset ut Aegyptum totam revera Bocchori paruisse crederemus. Nam vires civitatesque defuerunt Osorchoroni ceterisque regibus quorum quidem nomina in Manethonis annalibus reperias. Non autem reponendus est Bocchoris istos inter regulos qui verbo et titulo tenus rerum potiti sunt. Ex ea re contra apparet plerosque Aegyptiorum in Bocchoris ditione fuisse, quod exemplo Ramessidum dignus aestimaretur qui vivum taurum Apim veneraretur et mortuum in Serapeum sepeliret. In Apium enim titulis adhuc repertis nomina tantum inciduntur Pharaonum, quibus omnium consensu divinas res et publica sacrificia jure ac merito procurare licuit. Nunc si XXIII dynastiae turbatam aetatem, eo tempore quo Aegyptus inferior Osorchoronis imperium respuebat, respexeris, nullum ex regulis animadverteris per auctoritatem valuisse ut tauros Apes is publico cultu vivos aut mortuos honoraret. Hanc autem rem doctus Mariette his verbis explicavit atque interpretatus est :

« Il est à noter que l'Apis mort l'an 37 de Scheschonk IV,

accanto al Faraone Bocoris, la dea Neit di Sais, invece di Iside o di altra deità femminile o maschile del pantheon egiziano, se può essere conseguenza del puro caso, o giustificato dai più frequenti rapporti della città di Sais colla Fenicia, si può però con non minore ragione supporre che derivi dal proposito deliberato di rappresentarvi quella Dea, che Bocoris riconosceva come sua principale protettrice... » Contra vero Schiaparelli existimationem dixit doctus Piehl : « La déesse représentée avec la couronne du Nord, que M. Schiaparelli dit être Neith, pourrait bien être Buto (scilicet inferioris Aegypti dea patrona) qui a le même habillement sur les monuments. Nous sommes même convaincus qu'il y faut voir cette dernière. » (*Sphinx*, t. IV, p. 51). Cum tamen incertum sit utrum Neitha illa dea sit an Buto, nulla ex Aegypti inferioris deis inveniri potest quae ceteris rebus magis consentiat quam Neitha, gentis Tnephachthianae regiaeque urbis patrona. Tnephachthus enim Neithae agros decreto tribuerat et se Neithae sacerdotem esse profitebatur (*Piankhii stela*, l. 19-20). Cf. *suprà*, p. 3, n. 3.

dernier roi de la XXII^e dynastie et l'Apis mort l'an 6 de Bocchoris, l'unique roi de la XXIV^e dynastie, furent ensevelis dans la même chambre et que l'étude de la tombe prouve que ces deux Apis occupèrent successivement et sans intermédiaire l'étable sacrée de Memphis. Aucun Apis ne se manifesta donc immédiatement après l'Apis de Scheschonk IV, et par conséquent la XXIII^e dynastie, pendant les 89 ans de Manéthon fut privée de la présence du dieu... (P. 3) quant aux causes qui amenèrent cet état de choses, on conçoit qu'il n'est pas facile de les déterminer. La XXIII^e dynastie, de propos délibéré, bannit-elle le culte d'Apis, comme nous avons vu le culte d'Amon poursuivi par les sectateurs d'Aten-Râ? ou bien, préoccupés de leurs luttes et empêchés par l'état de soulèvement du pays les prêtres n'eurent-ils pas le loisir de se mettre à la recherche souvent longue du dieu et de parcourir « les vallées de la Haute-Égypte et les îles de la Basse-Égypte »? ou bien encore, par un hasard qui a dû se rencontrer quelquefois, puisque Pomponius Mela a pris la peine d'en parler, ne naquit-il en Égypte, pendant toute la durée de la dynastie Tanite, aucun taureau pourvu des vingt-huit marques qui révélaient aux prêtres son origine céleste? Je pencherais plutôt pour cette dernière opinion. L'identité d'Apis et d'Osiris rend en effet impossible l'abolition du culte du premier de ces dieux, puisque nous savons que les autels du second ne cessèrent pas un seul jour d'être debout. D'autre part, l'agitation du pays n'a pu faire que, pendant un siècle, on n'ait pas réussi à amener à Memphis le taureau divinisé. Il faut donc attribuer au hasard la vacance de l'étable sacrée¹ ».

Huic argumento docti Mariette assentiri non possum. Nulla enim est causa quin illis temporibus Apium religionem relictam esse credere dubitemus. Hanc cultus negligentiam su-

1. Mariette, *Renseignements sur les 64 Apis...* (ap. *Bulletin archéologique français*, août-sept. 1856, p. 1 sqq.).

perioribus quoque temporibus nonnunquam dei passi sunt, cum pax Aegypti urbium certamine aut Aegyptiorum et Barbarorum contentionibus sollicitaretur¹. « Cum Aegypto in praeceps raptae — ut ait, ineuntis XX dynastiae temporibus, papyri Harris scriptor — nullus rex praeesset,... in templis nullus donis datis deos placabat... », donec princeps quidam, Pharaonum imperio potitus, in pristinam disciplinam urbes gentesque reduxit « deorumque aras rursus donis cumulavit². » Eodem modo Saïs principes, cum Aegypti inferioris dominationem adepti essent, in templo ab Osorchone derelicta obsoletos mores revocaverunt; atque rursus stabulum Memphiticum assueto itinere Apis petuit, cumque Tnephachtho regnante, ut verisimile est, jam denuo cultus honoratusque esset³, anno Bocchoris sexto die quinto mensis Thot obiit et in Serapeum sepultus est⁴. Nisi fallor, qua erga deos magnorum Aegypti inferioris templorum pietate Tnephachthus et Bocchoris simul usi sint atque quo modo ultra provinciae Saïticas fines regnum extenderint, nobis testatur honor tauri Apis in urbem Memphim restitutus⁵.

VII. Superest ut breviter videamus quibus finibus Bocchoris regnum suum terminaverit.

1. Exempla invenies exeunte dynastia XVI et ineunte dynastia XX. Cf. Maspero, *Histor.*, II, p. 74-75 et p. 440, 453.

2. *Le grand papyrus Harris*, pl. 75, l. 2-6, 8-10.

3. Vita taurorum Apium, ut fieri solet, sex annos, id est temporis spatium quod Bocchori tribuendum est, excedit. Igitur puto taurum jam Tnephachtho regnante adoratum esse. Ceterum Tnephachthus se Phtah dei in urbe Memphi sacerdotem esse profitebatur (*Piankhii stela*, l. 20).

4. *Stèles du Serapeum*, ap. *Louvre*, n° 97, 112, 120, salle historique, n° 298, 299. Cf. Chassinat, *Textes provenant du Serapeum de Memphis*, ap. *Recueil*, t. XXI, p. 59, n° iv; p. 61, n° x-xii; p. 64, n° xviii; t. XXII, p. 17, n° LVI; p. 23, n° LXIX.

5. Secundum fabulam, de qua plura postea scribam, dicitur Bocchoris in taurum Heliopolitanum Mnevim irrisisse : quod forte Bocchori culpae tributum est quia tempore fere eodem vivebat quo deorum et tauri Apis contemptores Bubastis reges.

Etsi Bocchoris more majorum « superioris et inferioris Aegypti rex » (*souton bāt*) appellatus est, Aethiopum regem Kashta aut ejus filium Shabaconem Thebaidis possessione ab eo depulsos esse difficile credideris. Quod tamen Bocchori Thebais ipsa oboedivit, id charta quadam papyracea certum fieri doctus Revillout putavit : « Un certain nombre de nos papyrus — ut ait Revillout —, sont relatifs à des terres dépendant d'un sanctuaire de la ville d'Hermonthis, actuellement Erment, située à plusieurs lieues de Thèbes.... nous possérons un papyrus rédigé à Thèbes en l'an 16 de Bocchoris. Au point de vue historique cet acte est de la plus grande importance. Il nous montre que le prince de Memphis et de Saïs, le fils de Tafnekht, était bien parvenu, en effet, à réaliser ce que son père avait tenté du temps du roi éthiopien Piankhi. Il avait soumis non seulement la Basse-Égypte, mais la Thébaïde. Il s'était fait reconnaître roi de l'Égypte entière; et en la 16^e année de son règne il possédait Thèbes, lorsque fut écrit le contrat¹. »

Revera, si chartam papyraceam inspicias, nullum regium nomen invenies; charta autem, anno XVI regis ignoti Thaebis scripta, in tempus Bocchoris cadere videtur quia unus eorum qui stipulatione alligantur *Ar-n-bok-n-ran-f* « a Bocchori creatus » nominatur. At deinceps manifestum faciam maxima in contentione hoc positum esse, utrum charta Bocchori an alii regi sit tribuenda.

Aliam vero rationem attulit doctus Schiaparelli cum vas Phoeniceum describeret de quo jam supra dixi. Animadvertisit enim nigros Aethiopes, simias, arboresque fructibus et forma arboribus aegyptiacis dissimiles et forte e media Africa oriundas in vasis parietes figulum fecisse. Sin autem recordatum sit Bocchorim, coronam a deorum manibus accipientem in summa vasis parte informari, ceteris personis Aethiopes a Bocchori victos et animalia tributo praestantes designari

1. Revillout, *Notice des papyrus démotiques archaïques*, p. 36.

forsitan recte credideris. Sed, auctoris ipsius sententia, anceps videtur haec aestimatio¹. Nam doctus Schiaparelli cum prudenter sane dubitaverit quin Bocchoris vi aperta Aethiopum regi par esse posset, vasis Phoenicei ornamenti victoriam tantum speratam, non perfectam, fingi existimare possis, sive artifex, nimia Saïs regis adulandi cupiditate impulsus, quaeque Bocchoris contendit quasi perfecta effinxit, sive triumphorum imagines antiquas, quibus revera gloriati sunt prisci Pharaones, quam maxime similiter imitatus est. Adde quod in terra aegyptiaca res agi videtur potius quam in mediae Africae campis. Hae enim arbores quae primum exteræ visae sunt, palmae et sycomori esse possunt: quarum magna in Aegypto copia est². Unde sequitur ut his nigrorum hominum simiarumque imaginibus fingi credendum sit nigros homines simiasque a Boechori captos coramque Saitica plebecula festo die oblatis. Quod satis magnum argumentum est Aethiopibus Bocchorim bellum intulisse :

1. Schiaparelli, *loc. cit.*, p. 93 : « Nella quale (rappresentanza) l'artefice volle indubbiamente rappresentare, o meglio simboleggiare, l'augurato trionfo di Bokenranf sulle popolazioni sudanesi, che da Napata dipendevano. A questo intento l'artefice ci rappresenta un paese sparso di alberi di banani, da cui pendono grappoli di frutti maturi, che le scimmie stanno cogliendo ed assaporando; ai banani aggiunse anche un altro albero, che parebbe ricordare la pianta dell'*dnti*, il prezioso prodotto di Punt, e presso agli alberi collocò quattro negri... e dei quali il primo e l'ultimo, con grossi anelli d'oro all'orecchie e di statura maggiore degli altri, rappresentano due capi di tribù. »

2. De natura arborum, docti Schiaparelli sententiam non sequitur doctus Piehl. « Évidemment la présence des singes fait peut-être penser à un autre pays qu'à l'Égypte, mais il est possible que les *banani* soient autre chose. Comme ils sont identiques de forme aux arbres peints sur la stèle de Boulaq (publiée *Recueil*, II, p. 106) arbres que Maspero a désignés du nom de dattiers, je pense qu'il faut adopter cette dernière appellation ici. — Faut-il voir dans l'autre espèce décrite par M. Schiaparelli une forme modifiée du *sycomore*? » (*Sphinx*, IV, p. 51). — Si vero illis, quae in stelis aegyptiacis a docto Maspero editis depictae sunt, nostras arbores contuleris, omnes animadvertes simillimas esse : has autem Maspero recte his verbis appellavit : « *sycomores et palmiers doums* (dattiers) chargés de fruits. » (*Recueil*, II, p. 107).

infirmum vero si Thebanos aut Napatanos reges a Bocchori victos esse monstrare velis.

Quae cum ita sint, hoc tantum veritatis proximum esse puto Bocchorim patriam rem auxisse, totamque Aegypti inferiorem partem, et quidquid mediae Aegypti indomitum Aethiopicus Kashta reliquisset, sub imperium suum subjunxisse. Quibus autem artibus Tnephachthi exempla Bocchoris consecutus sit, id habere compertum non possumus. Tamen verisimile est eum societate ac pace potiusquam bello usum esse. Summam enim justitiae prudentiacque opinionem Bocchoris habuit, ita ut eventus, cui non impar fuerat patris audacia, non filii sollertiae defuisset.

VIII. Non diu vero Bocchori prospera fortuna permansit. Proximum post Bocchorim Aegypti totius regem novaeque XXV dynastiae conditorem fuisse Shabaconem, ex Aethiopica gente, nos docuerunt Manetho et Diodorus¹. Cujus satis notae sunt vis et crudelitas, qui « captum Bocchorim vivum combusserit »². Dicunt vero alii saevum victorem Bocchoris victi, Assyriorum more, cudem detraxisse³. Quoquo modo se res habet, Bocchoris morte Aegyptii gravius commoti sunt. Etenim repentina hujus obitui fidem habere nonnulli recusaverunt; de quo infra plura dicam (p. 30).

Igitur inter Aethiopes et Aegyptios exortum est bellum de quo, morte plagaque Saïtici principis omissa, nihil scriptum auctores neque monumenta reliquerunt. Cur autem imperii viuaeque Bocchoris tam indignus finis fuit? Timuerunt sane rex

1. Diodor., I, 65, 2: « Πολλοῖς δὲ ὕστερον χρόνοις (post Bocchorim) ἐθασῆλευσε τῆς Αἰγύπτου Σαβάκων, τὸ μὲν γένος ὡν Αἴθιοψ. » Herodotus autem falso regi Anysi, qui Bocchoris partes egit, Shabaconem aequalem inscribit (II, 137).

2. Manetho, ap. FHG., II, p. 593: « Σαβάκων, δὲ αἰχμάλωτον Βόργχωριν ἔλῶν ἔκανε ζῶντα. » Eadem invenies ap. Michaelem Syrium (ed. Chabot, I, p. 85.) Sec. Herodotum (III, 16), Saïtici regis Amasis cadaver comburi non aliter jussit Cambyses. De quo cf. Conclusionem.

3. FHG., IV, p. 539: Johannis Antiocheni fragmenta 24: « (Bocchoris) ὃν Σαβάκων δὲ Αἴθιόπων βασιλεὺς αἰχμάλωτον λαθὼν ζῶντα κατέκαυσεν. »

Kashta¹ ejusque filius Shabaco ne Bocchoris, filius dignus seditioso patre Tnephachtho, longe vim diffuderet. Adde quod Bocchoris, ut infra expressius dicam (cf. cap. III), dum terras, quae in sacerdotum mancipio ante manserunt, villicis tribuit, vulgi favorem adeptus erat. Shabaco autem, quem imperii divitiarumque participem habebant Ammonis sacerdotes (qui ex soli possessoribus totius Aegypti se ditissimos esse profitebantur), hanc de bonis deminutionem pati noluit. Itaque, quemadmodum Piankhius olim Aegyptum occupaverat, sic in Bocchoris possessiones irruit Shabaco, et captum Tnephachthi filium in jus vocavit.

Quod autem de Bocchori ea fama prolata est illum igni vivum crematum esse, ex ea re interpretationem quamdam trahere licet. Nam impios deorum contemptores post mortem flammis dari credebant Aegyptii²: quisquis autem in Aethiopum reges, ex Ammonis sacerdotibus ortos, scelus quoddam perfecerat, deum Ammonem ipsum laesisse videbatur³. Nomen vero ipsum Ammonis et Neithae perjurio Bocchoris violaverat. Postquam enim Saïtici principes jurejurando polliciti erant nihil se contra Aethiopum jussa aut eorum socios acturos esse, tamen, Aegypto inferiore mediaque potiti, ipso facto nonnullis Aethiopum sociis injuriam intulerunt: itaque jure ac merito hostes impietatis et perjurii Shabaco postulavit. Sin autem recordatus eris qua magnanimitate erga hostes Piankhius usus sit, qua autem crudelitate Shabaco, quo metu

1. De Kashta, Shabaconis patre, cf. De Rougé, *Études sur les monuments du règne de Tahraka* (ap. *Mélanges d'archéologie*, I, p. 88) et Maspero, *Les momies royales de Deir el Bahari*, p. 752.

2. Cf. *Livre des morts*, trad. Pierret, p. 191, cap. LXIII « de ne pas être desséché par le feu »; cf. cap. CXLI c, l. 13-14 (p. 440). Vide etiam quae Chassinat scripsit ap. *Recueil*, XVI, p. 120.

3. Cf. Maspero, *Sur un décret d'excommunication trouvé au Gebel Barkal*, (ap. *Études de mythologie*, III, p. 74). In quo titulo rex Aethiopicus quidam, vii aut vi saeculi, impios ad mortem dat: « il les a massacrés faisant passer la flamme du roi au milieu d'eux. »

per famam crescentesque Bocchoris vires Aethiopes perturbari potuerint, judicabis¹.

IX. Quot annos Bocchoris regnaverit, inter scriptores est controversia. Quorum Africanus Bocchori annos VI tribuit²; apud Eusebium autem annos XL³, vel XLIV⁴ eumdem regnavisse reperies. Titulos denique, qui, Api mortuo, litteris incisi sunt, anno VI regni, die quinto mensis Thot, dedit Bocchoris ipse⁵ (cf. supra, p. 14, n. 4). Ex quo tantummodo constat non minus sex annis eum regnavisse; de ceteris Bocchoris annis omnino silent monumenta.

Utriusque opinionis ea mihi rectior esse videtur, quam secundum annos VI tantum Bocchoris regnavit. Nam et Africanum majoris pretii testimonia dare ex usu constat⁶ et id etiam mirabilius est quam ut credatur, XLIV annos, maximum temporis spatium, eum regnavisse qui cum Aethiopibus jam inde a cunabulis certavit. Denique non desunt

1. Secundum docti Lauth sententiam, qui Sothiaci tempore ad suppundatos annos usus est, Bocchoris ut « Epochal König » habendus est. Nam, cum « die Epoche des Sothisfrühaufgangs am 1^{sten} Mehir des Wandeljahres » in primos Bocchoris annos caderet, annotat Lauth mensem Mehir in sacris libris *rokh-our*, scilicet « fomitem magnum », appellatum esse. Unde vero, si Lauth credideris, de Bocchori igni cremato fabula quaedam orta est (*Aus Aegyptens Vorzeit*, p. 432; cf. Lauth, *Aegyptische Chronologie*, p. 211 sqq.).

2. FGH., II, p. 592 : Βόχχωρις Σαΐτης ἔτη ζ'.

3. FGH., II, p. 610 : Βόχχωρης ἔτη μ' (cod. B.).

4. FGH., II, p. 592. Sec. Eusebium Syncelli : Βόχχωρις ἔτη μδ'. ‘Ομοῦ ἔτη μδ'. Sec. Eusebium Armenium « Bocchoris annis XLIV (Samuel. XLIII). — Sec. Syncelli « *Vetus chronicum* », XLIV an. XXIV dyn. stetit (ap. Eratosthenis *Fragmenta chronologica*, ed. Didot, p. 185 ...έτων μδ'). In Eusebiana « *Serie regum* » haec scripta sunt : « Bocchoridae an. XLIV » (Eusebius Armenius, ed. Aucher, II, p. 25). In Eusebiano « *Chronici canone* » : « Bocchoris an. XLIV » (ed. Aucher, II, p. 171). — Cf. Chabot, *Chronique de Michel le Syrien*, I, p. 80 : « En l'an 46 d'Osias, Bocchoros, 1^{er} roi de la XXIV^e dynastie, commença à régner sur l'Égypte pendant 44 ans. »

5. Cf. Lesueur, *Chronologie des rois d'Égypte*, p. 34; Brunet de Presles, *Examen critique de la succession des dynasties égyptiennes*, p. 111, 136-41.

argumenta quibus ea quae significari puto demonstrari possunt.

Nam anno VI regni, mirabilia feruntur quae ad Bocchoris mortem pertinent. Sic de Aegypti adversis rebus et forte de




Fig. 2. — Tnephachthi regis stela Athenis servata (*ap. Maspero, Histor., III, p. 181*).

Bocchoris morte anno *sextō* agnus quidam novo modo locutus est¹ (cf. caput II). Eodem anno *sextō* Apis mortuus est. Quod, quanquam primo mirum non visum est, posterius deorum irae imputatum est; nam hic ipse taurus mortuus

1. Similiter rex Nectanebus II in somno mala futura praevidit anno XVI, id est regni sui supremis diebus (cf. Maspero, *Les Contes populaires*, p. 313. Vide infrā p. 42, n. 3).

fabularum Bocchoris famae adjunctarum pro materia fuit.

Etenim, Aeliano auctore, erga taurum sacrum Heliopolitanum, cuius Mnevis nomen erat, verecundiam omisisse Bocchoris dicitur : « Adversus Mnevim, ut injurius ac molestus Aegyptiis esset, haec est molitus. Taurum ferum ei adversarium adduxit : qui Mnevim mugientem vicissim primum edito mugitu excepit; dein impetu in sacrum illum taurum irruens, aberravit et cornibus in perseae caudicem defixis inhaesit. Tunc Mnevis eum per latera sauciatum interemit. Hujus facti et pudore ductus est Bocchoris et in odium Aegyptiorum incurrit¹. »

Digna est clausula quae animadvertisatur. Simili enim modo narrat Herodotus Cambysem male periisse postquam propria manu Apim necaverat². Sic, ut mihi videtur, foedae mortis Bocchoris fictae sunt causae mirabiles. Eodem *sesto* anno cum Apis et Bocchoris mortui essent, posteri quibus utraque res conjungi visa est, tauri sacri morte, quae regis morti anteit, majorem calamitatem significatam esse conjecerunt. Bocchorim vero, qui Ammonis sacerdotes legibus armisque persecutus esset, impietatis crimen non effugisse verisimile est : quo factum est ut taurum mortuum regis neglegentiae aut saevitiae plerique tribuissent. Rebus autem sine discrimine relatis, de tauro Mnevi incredibilia ab Heliopolitanis sacerdotibus tradita, et de agno loquente, cum vero Apis Memphitici exitu conjuncta sunt : ita ut his rebus coactis tristes erga regem impium deorum irae apparerent. Quapropter sic

1. *De natura animalium*, XI, 11 (ed. Didot, p. 191) : « τὸν δὲ Μνεῦν, λυπηταὶ θέλων Αἰγυπτίους, σῖα ἐργάζεται γοῦν αὐτὸν. Ταῦρον ἄγριον ἐπάγει οἱ ἀντίπαλων· οὐκοῦν μυκᾶται μὲν ὁ Μνεῦς, ἀντεμυκήσατο δὲ ὁ ἔπηλυς· εἴτα ὑπὸ τοῦ θυμοῦ φέρεται μὲν ἐμπεσεῖν τῷ ταύρῳ τῷ θεοφιλεῖ ὁ ξένος ἑθέλων, καὶ σφάλλεται, καὶ εἰς περσέας ἐμπεσών πρέμνον, ἐπεσχέθη τὸ κέρας· ὁ δὲ κατὰ τῆς πλευρᾶς (ὁ Μνεῦς) τιτρώσκων ἀπέκτεινεν αὐτὸν. Αἰδεῖται Βόχχορις, καὶ μισοῦσιν αὐτὸν Αἰγύπτιοι. »

2. Herodot., III, 29. Et alias Aegypti ereptor, Persarum rex Artaxerxes Ochhus, Apim taurum et hircum Mendesium mactavisse dicitur (Dionis fragm. 30, ap. FHG., II, p. 95; et Suid. s. v. ἄσπατο.) De his, vide Conclusionem.

judico, regem paulo post tauri exitum vel agni vaticinationem mortuum esse, quod cum Africani dictis congruit.

Propterea docti Revillout sententiam sequi non possum, qui novo argumento numerum XLIV ab Eusebio datum confirmare conatus est. Testimonio usus est istius chartae papyraceae, anno XVI alicujus regis, cuius deest nomen, demoticis litteris scriptae. Quem regem Bocchorim esse doctus Revillout censet, quia in charta nominatur vir quidam *Ar-n-bok-en-ren-f*, cuius nomen cum ipsius Bocchoris nomine consentit : « Le nom du jeune Arnbokenranf auquel la femme Sethor faisait cette transmission, nous montre avec certitude que l'an 16 — qui forme la date de l'acte — appartient au règne de Bocchoris. — Tous les égyptologues savent en effet qu'il était coutume de donner le nom du roi régnant — ou plutôt de faire entrer ce nom comme élément dans le nom de certains enfants nés sous leur règne. C'est à l'aide de cette coutume que l'on a pu dater un grand nombre de stèles et de documents de tout genre... Or ce nom Bokenranf est un nom très rare, qu'on ne trouve pas, à ma connaissance, avant ce prince et qu'on ne trouve plus guère après lui, à cause des changements de dynastie, des révolutions dont ce prince fut victime... On comprend qu'à Thèbes, après Bocchoris et sous les Éthiopiens, il ne saurait être question d'un nom formé comme Arnboknranf, nom dont le porteur aurait été accusé de haute trahison¹. »

Id contra minimum argumentum existimandum est. Titulis enim aegyptiacis² constat Bocchoris nomen multis annis

1. Revillout, *Notice des papyrus démotiques archaïques*, p. 212.

2. Privatorum hominum, qui *Bak-en-ren-f* nominabantur, indicem invenies ap. Lieblein, *Dictionnaire des noms hiéroglyphiques*, n° 1047, 1135, 1289, 1343; cf. *Supplément*, n° 2294 (*Bak-en-ren*). Vide etiam Lepsius (*Denkmäler*, III, 261-69) et Brugsch (*Thesaurus*, p. 1148-49) qui *Bak-en-ren-f* cujusdam, sacerdotis magni in urbium Memphis, Heliopolis, Saïs, Latopolis, Diospolis templis, titulos rettulerunt (eumdem invenies ap. Lieblein, n° 1135). Cf. Chassinat, *Textes provenant du Serapeum de Memphis*, ap. *Recueil*, XXI (1899), p. 61, XII.

apud Aegyptios viguisse, et, si monumentis Assyriacis credideris, etiam cum Assourbanipal Aethiopum regem Taharqa bello peteret a. 667, floruisse¹, scilicet, omnium consensu, longo tempore postquam Bocchoris mortuus erat. Itaque neque, Bocchori mortuo, id nomen referre nefas fuit, neque certa ratione demonstratum esse puto, eum *Ar-n-bok-en-ren-f* Bocchori ipso regnante vixisse.

Ceterum qui, nostra aetate, res aegyptiacas temporum ordine servato narraverunt, inter quos docti de Rougé et Maspero, sex annos Bocchorim regnavisse concedere volunt. Sic ait Maspero : « Une tradition accordait à ce dernier prince (Bocchoris) un règne de quarante ans ou de quarante-quatre ans (*FHG.*, t. II, p. 592) et M. Revillout lui attribue en conséquence un contrat de l'an XVI, sans nom de roi, qui se trouve au Louvre; si vraiment ce contrat est de l'époque éthiopienne, comme il paraît, il ne peut rentrer que dans le règne de Taharqou. J'ai suivi avec Lepsius (*Königsbuch*, p. 86-87, taf. 21), avec Lauth (*Aus Aegyptens Vorzeit*, p. 428), avec E. de Rougé (*Inscription historique du roi Pianchi-Meriamoun*, p. 26), la tradition qui concède à Bocchoris six années seulement, et qui se combine mieux avec ce que nous savons de l'histoire contemporaine. La seule date authentique de son règne est de l'an VI, sur les stèles du Sérapéum². »

In quam sententiam transire commodum mihi visum est. At nunc proferre libet numeri XLIV ab Eusebio dicti interpretationem quamdam, quam acceperunt nonnulli eruditii. Inter quos Lepsius³ et Lauth, « veteris chronicorum » testimonio confisi, et XXIV dynastiae non regem unum sed tria γένεα, vel potius tres reges numerant⁴, et Bocchori patrem Tnephachthum ut

1. Cf. Haupt-Erman, ap. *Zeitschrift*, 1883, p. 85-88; Wiedemann, *Aegyptische Geschichte*, p. 580, 592; Lauth, *Aus Aegyptens Vorzeit*, p. 430; Maspero, *Recueil*, XV, p. 189.

2. Maspero, *Histoire*, III, p. 233, n. 4.

3. Lepsius, *Königsbuch*, p. 86-87.

4. In Eusebiana serie regum legitur « Bocchoridae ann. XLIV » (ed.

anteriorem, regem Zet (qui Σέθος apud Herodotum vocatur) ut posteriorem addunt. Ex quo intelligi potest quemadmodum in « serie regum » Eusebiana nomen « Bocchoridae » pro « Bocchori » inveniatur, quod non regi uni sed pluribus tribuendum est¹. Quo accepto, Lepsius VI annos Bocchorim, XXXI (teste Africano) Zet regnavisse dicit; sed, ad numerum XLIV perficiendum, necesse est VII annos Tnephachtho concedere.

Quae adversus multa repugnant. Et, Africano auctore, Zet in XXIII dynastiam collocandus est; et, inter reges totius Aegypti nunquam a scriptoribus Tnephachthus numeratus est; et denique, titulo Aegyptiaco docemur (cf. pp. 5, 20) eum non minus VIII annis regnavisse : hoc inexspectato numero eruditorum rationes conturbatae sunt. Inter enim tres « Bocchoridas » qui XLIV annos vixerunt, haud facile est istum Zet collocare, cujus regnum longius sit.

Igitur mihi videtur certiore moderatione uti si quis Africatum secutus erit, quanquam non negaverim genti Saïticas imperium diuturnum fama quadam tributum esse. De quo, cum docto de Rougé consentio, qui existimat : « La différence entre les deux chiffres de six et de quarante-quatre est certainement le résultat des troubles et des divisions de cette époque... Il a dû exister, suivant les divers partis, bien des calculs différents, et je ne doute pas qu'il ne faille attribuer à une histoire rédigée sous l'influence saïte la version qui attribuait quarante quatre ans de règne à Bocchoris²... » Hoc tamen in lucem proferendum quod numerum XLIV potius *genti Saïticae* toti, scilicet « Bocchoridis », quam Bocchori

Aucher, II, p. 25); cf. ap. Eratosthenis, *Frag. chronologica* (ed. Didot, p. 185) Syncelli verba « Εἴτα κδ' δυναστεία Σαΐτῶν, γενεῶν γ', ἐτῶν μδ'.

1. Cf. Lauth, *loc. cit.*, p. 430. « Wenn ferner Eusebius die Bezeichnung *Bocchoridae* aufführt, so stimmt diese zur der Annahme, dass mit Bocchoris nicht auch zugleich seine Familie erlosch. » Sec. Michaelem Syrium, Bocchoris *primus* XXIV^a dyn. *regum* fuit. Cf. p. 19, n. 4.

2. *Revue archéologique*, 1863, p. 123.

soli reddere debemus, cum vix credendum sit Bocchorim amplius quam VI annos regnavisse.

X. Quo tempore Bocchorim regnavisse dici possit, id etiam cum magni momenti, tum non maximi laboris est : nam Aethiopum reges ut Sesonchosis et Shabaco, quorum unus ante, alter post Bocchorim regnavit, Judaeorum et Assyriorum cum regibus bella gesserunt, quorum tempora libris sacris vel annalibus apte definita sunt. Adde quod ad annos numerandos certa principia vel in Aegyptiorum rebus legere nobis licet. De tempore enim quo Cambyses Aegyptum invasit (a. 525) non est controversia ; quod si ab eo profectus certos annos regum qui Bocchori successerunt computaveris, satis facile quo tempore Bocchoris vixerit cognitum habebis. Quam rationem cum secuti sint, in eo temporis spatio, quod est ab anno 719 ad annum 716, Bocchoris mortem evenisse erudit existimantur. Igitur, docto Maspero auctore, si Bocchori VI annos concedes, annos 722-716 ejus regni fines statuere licebit¹.

Quo accepto, sequitur ut Bocchoris auctoritate res gravissimae factae sint. Nam Bocchori tribuere debemus quod, anno 720/719, Sargonem Assyriorum regem Aegyptii acriter aggressi sunt. Atque etiam testimonio titulorum Assyriorum², qui sacris Judaeorum libris comprobantur, scimus

1. Maspero, *Histor.*, III, p. 233, n. 4. « Si l'on suppose les durées les plus vraisemblables que la tradition nous ait transmises pour le règne des trois Éthiopiens (Bocchoris successeurs), Sabacon 12 ans, Shabitokou 12 ans, Taharqou 26 ans, on arrive pour la mort de Bocchoris à 716 environ et pour son avènement à 722. » Wiedemann (*Agyptische Geschichte*, p. 580) Bocchorim L annis ante Assurbanipalis irruptionem regnavisse putat, id est sub idem fere tempus. Doctum autem Lauth invenies Sothiaci tempore ad supputandos annos principio usum esse, ita ut Bocchoris annos VI ab anno 725 numeraret (*Agyptische Chronologie*, p. 210 sqq.; *Aus Aegyptens Vorzeit*, p. 432).

2. Cf. J. Oppert, *Mémoire sur les rapports de l'Égypte et de l'Assyrie dans l'antiquité* (Acad. des Inscriptions, Mém. Sav. étrang., t. VIII, I, 1), p. 534 sqq. Sec. Oppert, Shabeus victus est a. 719/18 ad Raphiam; at docti Maspero opinionem secutus sum in annorum computatione.

Shabeum, Aegyptiorum ducem quemdam a. 720/19 Gazae regi Hannoni, qui Sargonis copiis premebatur, auxilium tulisse. Shabeus vero, qui diutius idem atque Aethiopicus ille Pharaeo Shabaco injuria habitus est¹, a Bocchori jussus ad oppidum Raphiam cum Sargone praelio concertavit et, undique pressus, ita pedem rettulit ut, more pecorum, Bocchoris milites usque ad Aegypti fines fugati essent. Etsi autem Sargo neque fugientibus instare neque Aegyptum inire ausus est, res tamen ita se habuit ut Aegypti urbes sine ullo certamine Assyriis se deferrent. Etenim paucis annis postquam Bocchoris profligatus erat, Aegypto Sennacheribus potitus est (a. 699); quo tempore quanquam eventus ad ejus spem non respondit, a. 670 tamen, Asarhadonno imperante, totam Aegyptum occupaverunt Assyriorum copiae². Tum quod veritus erat Bocchoris effectum est.

Quibus vero causis victoribus Assyriis temere Bocchoris arma intulerit, quaerere licet. Cum multis saeculis Aegyptio-

1. De Shabeo duce cf. Winckler, *Untersuchungen zur altorientalischen Geschichte*, p. 92-94, 106-108, et Maspero, *Histor.*, III, p. 213, n. 1. — Vide etiam Maspero, *Histor.*, III, p. 233, n. 4 : « Tant que l'on a identifié le nom de Shibi, Shibahi, Shabé, que portent les textes assyriens avec celui de Shabaka, on a été obligé de reconnaître Sabacon dans le roi qui soutint Hannon et qui fut vaincu par Sargon. Depuis que l'on a renoncé à cette hypothèse, les dates connues de la chronologie égyptienne nous contraignent à placer les événements sous le règne de Bocchoris. » Ceterum, Maspero docti de Rougé sententiam secutus est, qui jam ante haec scripsérat : « Les inscriptions du palais de Khorsabad nous apprennent que Sargon défit à Raphia Schabeh, sultan d'Égypte. Suivant M. Oppert, cet événement se placerait vers l'an 719... Il y aurait quelque difficulté à reconnaître sous ce mot (Schabeh) le nom de Schabak, comme on l'a proposé. Il est à remarquer d'ailleurs que ce prince est appelé roi d'Égypte, tandis que Tahraka est nommé *roi de Kousch* (scilicet Aethiopie). A moins que le règne de Schabak n'ait été un peu plus long qu'on ne l'admet, sur la foi de Manéthon, cet événement tomberait sous le règne de Bocchoris, et le personnage qui se cache sous le nom de Sô ne pourrait être qu'un dynaste partiel, régnant peut-être à Tanis et plus à portée de donner la main au roi d'Israël. » (*Revue archéologique*, 1863, p. 124-125).

2. De his, cf. Maspero, *Histor.*, III, p. 234, 295, 371.

rum provincia Syria fuisse, nunquam Ramessidum successores a Syriae rebus oculos deflexerunt. Et, ut jam supra dixi (cf. p. 2), aliquanto ante Bocchoris aetatem, callida liberalitate Samaritarum regi Sesonchosis auxilium tulerat. Igitur, cum Hannonis patrocinium Bocchoris suscepisset, traditum ab antiquis Pharaonibus morem tantum servare natus est¹.

Quin etiam Syriorum vel Judaeorum reges adversus minaces Assyrios Pharaonum tutelae confidere ita solebant ut et Jeroboamus a Shesoncosi auxilium postulavisset, et Hanno Bocchorim per legatos de subsidiis rogavisset. Quibus de legationibus, quae ad Saïs regem misisse Judaei habentur, etsi nihil novimus, nobis tamen id testatur illo vasi Phoeniceo in cuius mentionem jam incidimus. Nec enim fefellit doctum Schiaparelli vas hoc, quod sive inscriptionis imperitia², sive rudi ornamentorum genere³ non minus quam forma optima

1. Si Diodoro credideris, Tnephachthus ipse exercitum in Aegypti fines orientales, scilicet in Arabiam, jam duxerat (I, 45 : Τνέφαχθον τὸν Βορχόρδος τοῦ σοφῶν πατέρα λέγουσιν εἰς τὴν Ἀραβίαν στρατεύσαντα...). Tnephachthi autem milites cum siti fameque conflictarentur in Arabiae solitudinibus, rex ipse cibi luxum damnasse dicitur quo Aegyptii uti solebant. Sic orta est fabula (de qua infra plura dicam) quae indicio erit totam hanc narrationem satis suspectam esse.

2. Schiaparelli, *Di un vaso fenicio...* p. 96. « L'iscrizione è incompleta, poichè manca, al principio o dell' emblema , o di alcuna delle espressioni come  « re dell' alto e basso Egitto,  signore delle due regioni,   autocrate,  dio benefico, ecc. » che, o da sole, o variamente combinate sempre precedono il nome del Faraone. Il che ci è prova che dall' artefice fenicio l' iscrizione, che si proponeva riprodurre, fu intenzionalmente abbreviata per contenerla in uno spazio minore di quello che essa avrebbe dovuto occupare, senza avvedersi che ne sarebbe risultata una iscrizione monca ed errata. »

3. Loc. cit., p. 93-94 : « A questo riguardo si deve in primo luogo e senza esitazione escludere che sia stato fabbricato in Egitto o da artefice egiziano; della quale esclusione può rendersi conto ognuno che lo esamina tanto nei suoi dettagli, quanto nel suo complesso. Sia che si guardino i fregi decorativi, sia l' iscrizione o le figure, in nessuna parte si ris-

nos attonitos habet, potius Phoenicei artificis opus, qui aegyptiaca exemplaria rustice imitatus esset, quam Aegyptii figuli esse. Quaerens autem Schiaparelli cur ad Bocchoris gloriam Phoenicei opifices laboraverint, his verbis dat responsum : «..... Israele, Giuda, Damasco, e gli altri piccoli Stati o erano scomparsi o erano stati sottoposti a duro vas-sallagio; e questi, che si offaccendavano a stringere amicizia, a preparare ribellioni, non potevano non cercare il favore del nuovo astro (scilicet Bocchoris) che pareva sorgere sulla riva del Nilo : nè certo essi potevano meglio propiziarsene l'animo che augurandogli, come è simboleggiato nel vaso di Corneto, piena vittoria contro l'Etiopia. — Perciò io non du-bitò che il vaso di Corneto sia, o la copia di un oggetto, invece che commemorativo, augurativo, che alcuno dei principi fe-nici potè avere inviato prima dell'anno 728¹ a Bokenranf, di cui si ambiva l'amicizia, in previsione di prossime possibili sollevazioni contro l'Assiria². »

Cui docti Schiaparelli sententiae assentiri debemus. Hoc autem vasis Phoenicei testimonio cum Syriis Bocchoris ami-citia e tenebris in lucem vocatur.

XI. Nunc si apud auctores quo tempore Bocchorim vixisse scripserint indagabis, ut dicta tam inter se contraria sint, forte mireris.

contra quella precisione e nettezza di disegno che è caratteristica dell' arte industriale egiziana; ma si osservano invece incertezze ed errori di interpretazione di elementi decorativi o figurativi, che dall' artefice sono stati copiati senza sentirli nè bene comprenderli; e d'altra parte la ma-niera con cui è trattata la muscolatura nelle parti scoperte del corpo delle figure rappresentate, che è fortemente, eccessivamente segnata, accusa nell' artefice che le modellò un seguace della maniera e dei metodi dell' Assiria, e, in genere, dell' Asia orientale. »

1. Schiaparelli, qua ratione nescimus, annos Bocchoris ab a. 734 ad a. 728 numerat (*loc. cit.*, p. 91). Cujus argumenta firmiora fiant, si socius Hannonis Bocchoris habeatur.

2. *Loc. cit.*, p. 100.

Nam, Diodoro auctore, ille « sapiens » Bocchoris Pharaonibus IV dynastiae qui Pyramides aedificaverunt successisse dicitur, idem tamen Shabaconi nonnullis annis anteisse¹, quanquam Shabaco et Mycerinus, qui Pyramidum ultimam minimamque construxit, MMM circiter annorum intervallo inter se re vera sejuncti sunt. At Herodotus eadem jam tradiderat, incredibiliore tamen modo : apud quem Bocchoris factus est Anysis, fabulosus rex, qui similiter et IV^{ae} dyn. regibus successisse et Shabaconi adversarius fuisse habetur². De Anysi vero plura dicere necesse est.

Nam si Herodoto credideris, cum Shabaco victor ab Aegypto discederet « caecum Anysim regnasse iterum dixerunt, redeuntem e paludibus ubi L annos insulam habitayerat, quam aggere e cinere et terra aggesta circumdederat Quoties enim advenissent Aegyptii, prout quibusque imperatum fuisset, inscio Aethiope frumentum ei adferentes, jussisse eum hos ut cum reliquo dono etiam ciuerem sibi adferrent. Hanc insulam nemo ante Amyrtaeum potuit invenire; sed per septingentos annos et amplius anquisiverant eam superiores Amyrtaeo reges, nec reperire potuerant. Est autem nomen insulae Elbo : magnitudo decem stadiorum quaquaversum »³.

1. Diod., I, 65 : « Μετὰ δὲ τοὺς (Pyramidum aedificatores) προειρημένους βασιλεῖς διεδέξατο τὴν ἀρχὴν Βόκχορις, τῷ μὲν σώματι παντελῶς εὐκαταφρόνητος ἀγχινοίᾳ δὲ πολὺ διαφέρων τῶν προθασιλευσάντων. Πολλοῖς δ' ὕστερον χρόνοις ἐβασίλευσε τῆς Αἰγύπτου Σαβάκων, τὸ μὲν γένος ὡν Αἴθιοψ... ». Quanquam πολλοῖς χρόνοις Bocchorim a Shabacone Diodorus sejungit, tamen idem aestimat duos reges rebus et temporibus conjunclos esse. Alio in loco, cum Aegyptiorum legislatores enumeraret Diodorus, inter Sesoosim et Amasim Bocchoris sine consilio collocatur (I, 94). Tnephachthum autem, Bocchoris patrem, Diodorus dicit multis aetatibus post Menes, Aegyptiorum regem primum, regnavisse (I, 45 : « Διὸ καὶ πολλαῖς ὕστερον γενεαῖς βοσιλεύσαντα Τνέφαχθον τὸν Βοκχόριδος τοῦ σοφοῦ πατέρα λέγουσιν... »)

2. Herodot., II, 137 : « Μετὰ δὲ τοῦτον (id est post Asychim, Mycerini successorem) βασιλεῦσαι ἄνδρα τυφλὸν ἐξ Ἀνύσιος πόλιος τῷ οὔνομῷ Ἀνυσιν εἶναι. Ἐπὶ τούτου βασιλεύοντος ἐλάσαι ἐπ' Αἴγυπτον χειρὶ πολλῇ Αἴθιόπας τε καὶ Σαβάκων τὸν Αἴθιόπων βασιλέα. »

3. Herodot., II, 140.

Post Anysim, Sethon sacerdotem, qui cum Sennacheribo dimicavit, regnavisse Herodotus nos docet¹.

Itaque quin Bocchoris quicquam similis regis Anysis sit non in dubio ponere possumus, ita ut fato perculsum Bocchorim illum Anysim, caecum exsulemque et Aegyptiorum pietate nutritum, factum esse suspiciendum sit. Sequitur ut veri Bocchoris morti repentinae pars Aegyptiorum credere noluerit. Tempore quo Aegyptum Herodotus lustravit, id est circiter CCLXXX annis post Bocchoris mortem, nonnulli dicebant Bocchorim, nomine suo mutato, per murum ex cinere saeptum (quo forte robus ille super quo Bocchoris re vera combustus est in mentem revocatur) in Aegypti inferioris insula fabulosa vitam traduxisse miseram at certe securam, donec, Shabacone discesso, L annis post falsam suam mortem, cinere emergens in regiam dignitatem idem restitutus esset.

Quam famam Herodotus accepit, verumque Bocchoris nomen ignorans, de Anysi locutus est. Diodorus autem qui de aegyptiacis rebus Herodoti libris saepe usus est, Anysis tamen omisit, at, Herodoti exemplo, usque ad IV^{ae} dynast. aetatem Bocchoris regnum removit. Sequitur ut apud graecos auctores Bocchoris vel fabulosi regis partes jam egerit, vel sine judicio in regum seriem adductus sit.

Adsunt tamen auctores qui certiorem temporis rationem Bocchoris regno tribuere nisi sunt. Etenim, Lysimachi testimonio (qui primo circiter saeculo a. Ch. de rebus aegyptiacis scribebat) rumorem quemdam circumlatum esse scimus, secundum quem in rebus Judaicis Bocchoris egisset ita ut Exodi auctor fuisset. Lysimachi autem verba summa cum suspicione nobis rettulit Josephus :

“ Sub Bocchori rege Aegyptiorum, populum Judaeorum, quod essent lepra, scabie et aliis quibusdam morbis infecti, ad tempa configuisse et victimum mendicasse. Multis autem hominibus morbo correptis, sterilitatem in Aegypto acci-

disse. Bocchorim vero, Aegyptiorum regem, ad Ammonem scitatum oracula de sterilitate misisse : responsumque a deo, repurganda esse tempa ab hominibus impuris et impiis, ejiciendo eos e templis in loca deserta ; ceterum, scabiosos ac leprosos mergendos, tanquam sole ut isti viverent aegre ferente ; et tempa expienda, atque ita fore ut terra fructum ferat. Bocchorim autem, accepto oraculo, arcessitisque sacerdotibus et sacrificiis, jussisse ut impuri collecti militibus traderentur, deportandi in desertum ; utque leprosi plumbeis laminis involuti in pelagus ejicerentur. Submersis autem leprosis ac impeteginosis, reliquos congregatos in loca deserta expositos esse ut perirent... eos autem, habito consilio, Moyse duce effugisse... »¹.

His autem verbis, quae in fabularum numerum² reponenda sunt, quamquam Tacitus³ ea fido animo rettulit, Manetho-

1. Joseph. *Contr. Apionem*, I, 34. « Ἐπεισάζω δὲ τούτοις Λυσίμαχον, εἰληφότα μὲν τὴν αὐτὴν τοῖς προειρημένοις ὑποθέσιν τοῦ φεύγματος, ὑπερπεπαικότα δὲ τὴν ἔκειναν ἀπιθανότητα τοῖς πλάσμασι. Δι' ὁ καὶ δῆλος ἐστὶ συντεθεικῶς κατὰ πολλὴν ἀπέχθεια. Λέγει γὰρ « ἐπὶ Βοκχόρεως τοῦ Αἴγυπτίων βασιλέως τὸν λαὸν τὸν Ἰουδαίων λεπροὺς ὅντας καὶ φωρούς, καὶ ἄλλα νοσήματά τινα ἔχοντας, εἰς τὰ ιερὰ καταφεύγοντας μεταπεῖν τροφήν. Παμπόλλων δὲ ἀνθρώπων νοσηλίχ περιπεσόντων ἀκαρπίᾳ ἐν τῇ Αἴγυπτῳ γενέσθαι. Βόκχοροι δὲ, τὸν τῶν Αἴγυπτίων βασιλέα, εἰς "Αμρωνα πέμψαι περὶ τῆς ἀκαρπίας τοὺς μαντευσομένους". τὸν θέδν δὲ εἰπεῖν τὰ ιερὰ καθάρικι ἀπ' ἀνθρώπων ἀνάγνων καὶ δυσσεβῶν, ἐκβαλόντα αὐτοὺς ἐκ τῶν ιερῶν εἰς τόπους ἐρήμους, τοὺς δὲ Φωρούς καὶ λεπροὺς βυθίσαι, ὡς τοῦ ἡλίου ἀγανακτοῦντος ἐπὶ τῇ τούτων ζωῆι, καὶ τὰ ιερὰ ἀγνίσαι, καὶ οὕτω τὴν γῆν καρποφορήσειν. Τὸν δὲ Βόκχοροι τοὺς χρησμοὺς λαβόντα τοὺς τε ιερεῖς καὶ ἐπιθωμίτας προσκαλεσάμενον κελεῦσαι ἐπιλογὴν ποιησαμένους τῶν ἀκαθάρτων τοῖς στρατιώταις τούτους παραδόνται κατατέξειν αὐτοὺς εἰς τὴν ἔρημον, τοὺς δὲ λεπροὺς εἰς μολιθδίνους χάρτας ἐνδῆσαντας, ἵνα καθῶσιν εἰς τὸ πέλαγος. Βυθισθέντων δὲ τῶν λεπρῶν καὶ Φωρῶν τοὺς ἄλλους συναθροισθέντας εἰς τόπους ἐρήμους ἐκτεθῆναι ἐπ' ἀπωλείᾳ » (ed. Didot, p. 364).

2. Cf. Maspero, *Journal des Savants*, Nov. 1901, p. 681.

3. *Histor.*, V, 3 « Plurimi auctores consentiunt orta per Aegyptum tabe, quae corpora foedaret, regem Bocchorim adito Hammonis oraculo remedium petentem purgare regnum et id genus hominum ut invisum deis alias in terras avehere jussum. Sic conquisitum collectumque vulgus, postquam vastis locis relictum sit, ceteris per lacrimas torpentibus, Moysen unum exulum monuisse ne quam deorum hominumve opem exspectarent utrisque deserli, sed sibimet duce caelesti crederent, primo

nis testimonium objicit Josephus : « *Manetho quidem Judaeos dicit regnante Thetmosi ex Aegypto discessisse annis CCCXCIII antequam exsilium apud Argos egerit Danaus, Lysimachus vero tempore Bocchoris regis, hoc est ante annos MDCC... »¹.*

Etenim non est hic locus Manethonis neque Lysimachi fidem infirmare aut comprobare : id solum animadvertisendum est quod Josephus Bocchorim annos MDCC ante seipsum vixisse scripsit. Hoc modo scimus Bocchorim, cum revera VIII circiter saeculis ante mortuus esset, adeo fabulosum jam visum esse ut non solum scriptores qui, Herodoti aut Diodori exemplo, omnia, aut vera aut falsa, sine discrimine accipiebant, sed illi etiam qui se eruditos profitebantur prope mille annis de hujus regis tempore aberrare possent.

At quam ob causam Lysimachus aliquique scriptores ab Exodi temporibus Bocchorim removisse nisi sint, indagandum. Cum Herodotus et Diodorus Bocchorim IV^{ae} dyn. regibus successisse scripserint, non mireris primi saeculi auctores pariter erravisse. Ceterum, ut ait Maspero, « le procédé était habituel aux auteurs juifs de transporter dans le passé lointain de leur histoire les Pharaons nommés aux livres sacrés ou chez les classiques pour y figurer les Pharaons anonymes. L'identité des noms les excuse d'avoir appelé Amasis, comme le Saïte, le Thébain Amosis sous lequel certains d'entre eux plaçaient la sortie d'Égypte ; mais c'est pure fiction de leur part s'ils ont donné au Pharaon de Salomon le nom de l'Ouaphrès-Apriès de la XXVI^e dynastie, à celui de l'Exode le nom du Bocchoris de la XXIV^e, célèbre par sa sagesse, et au Pharaon d'Abraham celui de Nechao² ». Adde quod causam certam scriptores in-

cujs auxilio, praesentes miserias pepulissent. Adsensere atque omnium ignari fortuitum iter incipiunt..... »

1. Joseph. *Contra Apionem*, II, 2 : « Μανεθὼς μὲν γὰρ κατὰ τὴν Τεθμώσιος βασιλείαν ἀπαλλαγῆναι φησὶν ἐξ Αἰγύπτου τοὺς Ἰουδαίους, πρὸ ἐτῶν τριακοσίων ἑνενήκοντα τριῶν τῆς εἰς "Ἄργος Δαναοῦ φυγῆς, Λυσίμαχος δὲ κατὰ Βόκχορει τὸν βασιλέα, τούτεστι πρὸ ἐτῶν χιλίων ἑπτακοσίων. »

2. *Journal des Savants*, 1901, II, p. 681 et 1897, p. 726.

veniebant ut de Bocchori mirabilia dicerent : verisimile est enim, cum Bocchoris societatem cum Syriis ad Raphiam faceret, magnam apud Judaeos famam eumdem consecutum esse.

Et ejusmodi sunt quae apud Eusebium Armenium, in « Chronici canone » ad ann. 1239/40 sive Olymp. I, 4, annotata sunt : « Bocchoris Aegyptiis legem ferebat¹ ». Memineris enim hoc circiter tempore XIX^{ae} dyn. finem inscribi quo Exodum fieri nonnulli dicunt. Unusquisque enim, utcumque Exodi tempora designabat, similiter Bocchori, Exodi auctori, certam aetatem constituebat.

Et ille autem Herodoti Anysis, quem Bocchorim agnoscendum esse scimus, connexione quadam cum Exodi temporibus conjunctus est. Animadvertisit doctus Lauth Sesostris filium, quem Φερῶς Herodotus² et Diodorus³ appellant, caecum (τυφλὸς) et ipsum fuisse. Φερῶς autem tempore quo Exodum fieri plerique consentiunt, vivebat ; sequitur ut Lauth roget utrum in verbo τυφλὸς facilis explicatio inveniri possit quomodo Bocchoris-Anysis caecus cum caeco Exodi auctore confusus sit, annon. « Wie kam aber, ut ait Lauth, Herodot zu seiner Benennung *Anysis* und dem Epitheton *der Blinde*? Um mit letzterem zu beginnen, so setzte Lysimachos den Exodus unter Bocchoris, eine offenhare Verwechslung des *Bokenrenf* mit *Baenra*, den Thronringlegende des Exodus-Pharao Menophtah, dem Φερῶς Herodots. Da dieser nun bei Herodot und Diodor als « Blinder » galt, so sieht man leicht, wie Anysis das nämliche Prädicat erhalten mochte⁴. » Forte est in his aliquid veri proximum. Non tamen docto Lauth concedam neque nominis *Bakenrenf* cum *Baenrā* similitudinem esse, neque Anysis nomen e falsa interpretatione verbi ḥnk⁵ (quod « agnum » Bocchoris designat) ortum esse.

1. Ed. Aucher, II, p. 171.

2. II, 111.

3. Diod., I, 59.

4. Lauth, *Aus Aegyptens Vorzeit*, p. 430.

5. *Ibid.*, p. 431 : « Bocchoris habe aus Anlass dieses Wunderthieres

Quae cum ita sint, constat tamen sive ingenio suo, sive fortuna singulari, hominum mentes Bocchorim movisse; cui honoris gratia, et Judaei Exodi causam tribuerunt et Graeci eumdem Pharaonum paeclarissimorum socium aut aequalem temere adscripserunt¹.

XII. His autem de Bocchoris aetate aut de vita aut de morte controversiis apparet illum mature in commentiorum regum numerum repositum esse. Nam rerum tantarum in medio adfuit Bocchoris ut ejus nomen, etsi perpaucis monumentis aut scriptis cognitum, « ἀδόμενον² » tamen factum esset. Etenim Bocchori triste fatum institit: hinc Shabaconis impetus imminebat, illinc Sargonis; cum uno de vita, cum altero de patria rex certavit. Non mirandum si Bocchorim sub tot varios casus subjectum, hominum fama, aut exspectatio, aut misericordia persecutae sint. Hoc etiam multis curae fuit quod tam brevis vita tantis doloribus referta fuisse. Sequitur ut de Bocchori, si nobis saepius facta desunt, dictis fabulisque abundemus: quae, non solum apud Aegyptios, sed apud omnes populos qui, Graeci, Judaei, Romani cum Aegypto inferiore aliquid rationis habuerunt, exquirendae sunt. His de fabulis nunc nobis dicendum.

(scilicet agnus sacer) — ägyptisch bedeutet *anch* Schaf — einen Beinamen erhalten, so mochte sich dieser zu *Anysis* gestalten, da die Wurzel *anch* mit der vocalisation *ωνυχ* und der Assibilatton *anysch* vorkommt... »

1. Igitur non docti Th. Reinach sententiam sequar, quam his explicavit verbis: « On ne peut le confondre (hunc Josephi Bocchorim) avec le Bocchoris de Manéthon. » (*Oeuvres complètes de Flavius Josèphe traduites en français*, t. VII, 1, *Contre Apion*, p. 57, n. 1).

2. Aelian., *De nat. anim.*, XII, 3.

CAPVT SECVNDVM

De Bocchoris agno

I. Quid de agno tradiderint Graeci scriptores. — II. Quale sit chartae aegyptiacae testimonium. — III. Cujus momenti sit agni omen. — IV. De numeris CM et DCCCCXC. — V. Quo animo Pharaones divinationem adhibuerint. — VI. Uude orta et quo modo divulgata sit agni fabula. — VII. Quam ob causam Graecorum et Romanorum temporibus rursus in vulgum prolata sit agni fabula. — VIII. Conclusio.

I. Quoniam de rege Bocchori multa atque mirabilia memoriae prodita sunt, de iis primum dicam fabulis quibus regis mala fortuna materiam praebuit. Inter has vero maxime pervagata est fabula, quae « sub rege Bocchori agnum locutum esse » tradit.

Paucissimis verbis Africanus et Eusebius rem exponunt : « Bocchoris Saïtes... sub quo agnus locutus est. » Post haec verba invenimus apud Africanum numerum quemdam : « Annos DCCCCXC », de quo posterius plura dicam¹.

Primus autem annotavit doctus Gutschmid² hunc Manethonis locum Aelianum in opere suo « de natura animalium » non ignoravisse : verisimile est hunc auctorem perscripsisse ipsa Manethonis verba, e quibus Africanus et Eusebius quaedam

1. *FHG.*, II, p. 592. Sec. Africanum « Βάχχωρις.... ἐφ' οὐ ἀρνίον ἐφθέγξατο ἔτη ηλίου »; apud Eusebium (*FHG.*, II, p. 592), eadem invenies, numero tamen omisso (cf. quoque ed. Aucher, II, p. 171).

2. *Philologus*, XI, p. 532 (a. 1856). In alio loco constat Aelianum Manethonis narratione usum esse (*De N. A.*, X, 16).

excerpserunt. His autem verbis Aelianus rem refert : « Aegyptii ferunt (quod mihi quidem non persuaserint) quo tempore *decentatus* ille Bocchoris regnavit, agnum pedibus octonis et cauda gemina esse natum ; ac eumdem fuisse bicipitem et quadricornem et humano sermone locutum. Veniam merentur poetae, ut Homerus, qui Xantho equo sermonem attribuit... Aegyptiis vero talia jactantibus quis credat? Volui tamen haec de agno, licet fabulosa, non praeterire¹ ».

Ejusdem fabulae mentionem in Johannis Antiocheni historia invenies : « Ἐπὶ Βοκχόρεως βασιλέως Αἰγύπτου ἄρνιον ἐλάλησεν (φωνῇ) ἀνθρωπίνῃ². » At nihil novi haec verba nobis adferunt.

Donec eam fabulam a monumento quodam aegyptiaco repetere non potuimus, parvi factum est prodigium quod Manetho retulerat. Nuper autem inter papyros in media Aegypto repertos, vir doctus Krall libellum invenit, demoticis litteris scriptum, in quo res omnis exposita est³. De quo amplius dicere licet.

II. Si docto Krall credideris, qui de aegyptiacis verbis fabulam studiose convertit magna cum cura annotavit, libellus inscribebatur « Qua execratione ab anno VI regis Bocchoris Aegyptus onerata sit⁴. » Cujus libelli tres tantum paginae, truncatae quidem, supersunt, salva tamen parte quae ad rem maxime pertinebat.

Quanquam fabulae initium deest, facile tamen conjicies, si

1. *De natura animalium*, XII, 3 (ed. Didot, p. 202) : « Λέγουσιν Αἰγύπτιοι καὶ ἔμὲ μὲν ἡκιστα πείθουσι, λέγουσι δ' οὖν ἄρνα καὶ ὄκταπουν καὶ δίκερχον κατὰ τὸν Βόκχοριν τὸν ἀδόμενον εκεῖνον γενέσθαι, καὶ ὥηξι φωνῆν· καὶ δύο κεφαλὰς ἄδουσι τῆς ἄρνός, καὶ τετράκερω γενέσθαι φασὶ τὴν αὐτὴν. Ομήρω μὲν οὖν φωνὴν Ξάνθῳ τῷ ἵππῳ δόντι συγγνώμην νέμειν ἄξιον· ποιητὴς γάρ... Αἰγυπτίοις δὲ (τὰ) τοιαῦτα κομπάζουσι προσέχειν πῶς οἶον τε; Εἴρηται δ' οὖν εἰ καὶ μυθώδη, τὰ τῆσδε τῆς ἄρνὸς λίστα. »

2. *FHG.*, IV, p. 539.


3. Krall, *Vom König Bokchoris* (ap. *Festgabe zu Ehren Max Büdinger's*, 1898).

4. Krall, *op. cit.*, p. 8.

narrationis reliquias quae nunc supersunt legeris, qua de re actum sit. Aegyptius enim quidam, nomine Pa-sa-n-horus, ab agno sacro oraculum petit, cuius responsum, ineunte libello, refertur. Agnus vero de malis loquitur quae Aegypto instant, inter quae verba Syriae nomina (*Choir, Amor*¹) et urbis Ninivae enuntiantur; ex ea regione hostes venturos esse a quibus per CM annos luctu et lacrimis conficiantur Aegypti civitates; quemdam demum deum (cujus deest nomen) tantae rerum iniquitati finem facturum; tunc denuo bonis legibus, justitia aequaque fortuna Aegyptum usuram esse; Aegyptiorum autem reges, rursus arma moventes, ereptoribus bellum illaturos, et deorum arcas, quas olim Assyrii subduxerint, Niniva in Aegyptum reportatueros; postea secundarum rerum sedem Aegyptum futuram esse. »

Talibus dictis, cum agnus non amplius vaticinatus, subita morte, ut id vatibus usu venire solet², periisset, tum Pasan-horus cito ad regem Bocchorim convenire et ei, ex tabella, legere rerum futurarum auguria quae cecinisset agnus. Quae utrum plurimum Bocchorim commoverint, an minime, nescium est. Verumenimvero, cum verecundus omen accepisset, coelestes honores agno tribui jussit, eique fanum dedicavit. Haec autem anno XXXIV, Augusto regnante, scribebantur³.

III. In ea fabula primum notatione dignum est agni verbis designari certis indiciis cladem a militibus Bocchoris Raphiae acceptam. Cognito quo testimonio, qui rex ab Assyriis profligatus esset, desitum est disputare. Apparet enim Aegyptios

1. *Choir* id est  Πχοῖρις (cum articulo *p*; cf. J. J. Hess, *Demotica*, ap. *Zeitschrift*, 1892, p. 119), « ist in der Ptolemaierzeit der allgemeine Name für ganz Syrien geworden » (M. Muller, *Asien und Europa*, p. 150). Cf. *Canopi titul.* (p. demot.) : *Choir* = Φοινίχη; *Amor* = Συρία.

2. Cf. figuli regis Amenophis et haruspicis Vulcatii exempla ap. Maspero, *J. des Savants*, nov. 1901, p. 668; Bouché-Leclercq, *Hist. de la divination*, IV, p. 105, n. 1.

3. Krall, *op. cit.*, p. 10.

malae fortunae invidiam in regem duxisse, qui cum ingentibus Sargonis copiis certamen facere non veritus esset. Cum enim non multis annis post pugnam, Assyrii Aegyptum invassissent et, urbibus direptis, deorum simulacra et arcas, more victorum, secum tulissent, tum Aegyptiis subiit recordatio, tantorum malorum initium a Bocchori ortum esse. Hinc vulgatae sunt fabulae in quibus dei ipsi malae Bocchoris fortunae participes erant.

Hoc quoque animi adducti sunt ut falsa mirandaque in tali tempore veris adjicerent, quod temeritatis suae maximas poenas Bocchoris peperdit. Nam agni omina ad saevam Shabaconis irruptionem luctuosumque regis fatum, quae multas lacrimas (ut aiebat agnus) Aegyptiis attulerunt, etiam, spectant. Conjectura enim probabile est agnum, in libelli paginis quae nunc desunt, regis mortem praedixisse. Ceterum, ut de illius morte aperte diceret, necesse non erat; nam quandoque evenit ut pecudes locutae essent, hoc apud omnes populos in omen infaustum acceptum est¹. Sequitur ut fatidico carmine

1. Cf. *Iliadis* versus (XIX, 404 sqq.), quos memorat Aelianus (vide supra, p. 36) agni aegyptiaci omina referens :

Τὸν δ' ἄρ τὸν ζυγόφι προσέφη πόδας αἰόλος ἵππος,
Εάνθος....
« Καὶ λίην σ' ἔτι νῦν σαώσομεν, ὅθριμ' Ἀχιλλεῦ·
ἀλλά τοι ἐγγύθεν ἡμαρ ὀλέθριον....

Cui Achilleus respondet :

Εάνθε, τί μοι θάνατον μαντεύεαι;

Vide etiam Vergilii, *Georgicon*, I (De morte Caesaris), v. 470 sqq.

Obscenæque canes importunæque volucres
signa dabant.....
vox quoque per lucos volgo exaudita silentis
ingens, et simulacra modis pallentia miris
visa sub obscurum noctis, pecudesque locutæ...

De signis a pecudibus datis, cf. Bouché-Leclercq, *Histoire de la divination*, t. IV, p. 132 : « On voit souvent revenir dans la liste des prodiges que relatent les annales romaines la mention : « Une vache a parlé » ;

et Assyiorum aut Aethiopum victorias et Bocchoris mortem simul agnus vaticinatus sit. Sic ex odio hostium et erga regem commiseratione oritur fabula, in qua tanquam piacularis hostia, deorum irae devota, habetur Bocchoris, cuius sacrificio immortalium erga Aegyptios misericordia in futurum parari potuerit.

IV. Huic rerum futurarum curae is annorum numerus conferendus est qui apud Africanum his verbis ἔτη τῷ ἀγνὶ nomen sequitur. De his rationalibus litteris maxima inter eruditos controversia fuit et jam ex antiquis temporibus¹. Quid vero DCCCCXC significet, Eusebium non intellexisse constat, qui hunc numerum, quamvis necessarium, in excerptis suis omiserit. Aetate nostra locum desperatum judicavit doctus Gutschmid aut aliquod scripturae mendum hic subesse credit. Doctus Lauth contra memorat ita Lysimachum et post eum Tacitum² de Bocchori scripsisse ut Judaeorum exodus sub ejus regno factam esse putarent. Cum autem, ut jam supra diximus, Manethonist testimonio Moses sub Tethmosi (aut Amosi) rege Judaeos eduxisset³, tum Lauth putavit ad annos, quibus Bocchoris regnum ab Amosis regno sejungitur, numerum DCCCCXC referendum esse⁴. Alii autem auctores sententiam

t. III, p. 387 : « Apis n'allait pas jusqu'à prendre la parole comme les bœufs dont parlent les Annales de l'ancienne Rome ; mais les enfants qui jouaient autour de son temple ou qui le suivaient dans les processions solennelles, laissaient souvent échapper de ces paroles fatidiques (*κλήδονες omina*) dont la divination gréco-romaine savait si bien tirer parti » (cf. Aelian., *De natura animalium*, XI, 10)... On dit qu'Apis ayant léché le manteau d'Eudoxe de Cnide, les prêtres pronostiquèrent à l'astronome une vie glorieuse, mais courte. Lorsque Germanicus se présenta dans l'étable sacrée, Apis refusa de manger dans sa main et l'on sut bientôt, à la mort du prince, ce que le bœuf avait voulu dire.» (Ammien Marcellin, XXVI, 14.)

1. In sequenti controversia, breviter cogam quae disertissime in loco cit., p. 5-6 doctus Krall exposuit.

2. Cf. *supra*, p. 31.

3. FHG., II, p. 575-577; cf. Joseph. *Contra Apionem*, II, 2, 16.

4. *Aegyptische Chronologie*, p. 212.

docti Lauth summatim secuti sunt, inter quos Gutschmid, Wiedemann, et Krall ipsum numerabis'. Igitur, quantum fieri potuit, nisi sunt quisque regnorum computationem rectam facere, ut in numerum DCCCCXC annorum summa apte caderet².

Quae autem argumenta hi scriptores antea collegerant, ea nunc inania apparent. Nam aegyptiaco libello quid ille disputatus numerus sibi voluerit, facile novimus.

In fabula demotica, quae nobis fidem ab Aegyptiis accep-tam tradidit, non DCCCCXC annos sed CM invenimus : qui numerus non ut annorum a Manethone facta computatio, sed ut agni vaticinatio habendus est. Igitur variae speciosaeque rationes quibus docti viri usi sunt ad numerum DCCCCXC comprobandum fundamentis dilabuntur. Non enim *praeteriti* sed *futuri* temporis, ab aetate qua agnus locutus erat, spatium numerus recenset. Ubi quidem omnia eloquebatur agnus, non ad annos transactos spectabat, sed qualis futura esset Aegypti fortuna, augurabatur³.

1. Uniuscujusque auctoris testimonia, ap. Krall, *loc. cit.*, invenies.

2. Exempli causa, haec scribebat doctus Wiedemann : « Ich halte nämlich die Zahl 990 für die Additionssumme einer Anzahl Regierungen und für die Angabe der Zahl der bis dahin verflossenen Jahre einer altaegyptischen Aera. Wir wissen, dass in Manetho's Werke an verschiedenen Stellen sich Summirungen fanden, so gewiss am Ende jeder einzelnen Dynastie und jedes Buches. Bei Bokchoris bot sich eine sehr passende Gelegenheit eine Summirung eintreten zu lassen, indem er der letzte Repräsentant der seit den Hyksos ununterbrochen regierenden einheimischen Könige ist, auf ihn folgt dann der aethiopische Einfall und diesem in bunter Folge bald einheimische bald fremdländische Regierungen. So wäre es denn nur natürlich gewesen, wenn hier eine Datirung an der Hand einer festen Aera gegeben worden wäre, welche es gestattete, den Zeitpunkt, in welchem Aegypten seine Selbständigkeit verlor, chronologisch genau zu fixiren. » Ex his nunc ea tantum verba retinere possumus, quibus jure optimo Bocchoris ultimus in Aegypto rex indigena fuisse dicitur.

3. De quibus, cf. Krall, *op. cit.*, p. 10 : « Durch unseren Papyrus erhält auch die Zahl 990 ihre Erklärung, sie bildet einen wesentlichen Bestandtheil der Prophezeiungen des Lammes. Wir müssen wohl annehmen,

Sequitur ergo ut in numero CM, qui per annos DCCCCXC factus est, nihil certi definitique inesse possit, quia rebus futuris, id est incertis, fines constituit. Adde quod in CM numerus novenarius appareat quo et Aegyptiorum dei gaudebant et incantatores utebantur : iste, centies multiplicatus, latius patet viresque maximas sumit. Qui autem aliquid certius ab agno poscat, is vero vanam suscipiat operam.

V. Sin autem unde orta et qua ratione divulgata sit haec fabula intelligere voles, recordandum est quomodo cum deis Pharaones egerint. Ubi res poscebat, divinis cum imaginibus colloquebantur¹, aut in somno, adjuvante deo, futura praevidabant², aut denique nonnunquam a sacris animalibus sortes accipiebant. Saepe enim in fabellis animalia sponte sua locuta sunt : exempli gratia, in his quae « de duobus fratribus » aut « de principe praedestinato » inscribuntur, vacca, boves, crocodilus vicissim mala bonaque praenuntiant³. In templis oracula edebant tauri Apis, Mnevis et Bacis⁴, et Aries aut hircus Mendesius⁵, quae Graeci⁶ Romanique in honore habuerunt.

dass in den verloren gegangenen Theilen des Papyrus näheres über die Zahl 990 ausgesagt, ja dieselbe vielleicht begründet war. Allem Anschein nach bezieht sie sich auf die kommenden Zeiten. »

1. Dicitur regina Hâtshopsitou in templo vocem Amonis audivisse (cf. Maspero, *Hist.*, II, p. 245).

2. Sic Mineptah, antequam Libycis cum ereptoribus pugnavit, in somno dei Phtah consilia accepit (cf. Maspero, *Hist.*, II, p. 434.)

3. Maspero, *Les contes populaires de l'Égypte ancienne*, p. 7, 12, 27, 238, 239.

4. De tauro Baci locutus est Macrobius (*Saturn.* I, XXI, 30). — Cf. Maspero (*Histor.*, I, p. 119, n. 5 et *Recueil*, XXIII, p. 48) et Spiegelberg ap. *Archiv für Papyrusforschung.*, I, p. 339.

5. In aegyptiacis titulis animal Mendesium « aries (Biānkha »   nominatur (*Stèle de Ptolémée Philadelphé*, ap. Mariette, *Monuments divers*, pl. 43-45, texte (Maspero), p. 42; cf. Brugsch, *Die grosse Mendes-Stele*, ap. *Zeitschrift*, 1875, p. 33 et *Thesaurus*, p. 629). Apud Herodotum idem « καλέσται δὲ ὅτε τράγος καὶ ὁ Πᾶν Αἰγυπτιοῖς Μένδης. » (II, 46).

6. Cf. *Canopi decretum*, l. 9 : « ἐπειδὴ βασιλεὺς Πτολεμαῖος.... (Ptole-

Cum autem eo tempore arietem aut hircum in urbe Mendete¹ summo cum amore vulgus veneraretur, cumque, Strabonis testimonio, Saitici quoque arietem aut ovem ($\pi\rho\delta\alpha\tauον$) colerent², non dubium est quin post cladem ad Raphiam ex sacro ariete Saïtico vel Mendesio futura discere Bocchoris aut Aegyptiorum sacerdotes voluerint³. Quid autem causae est cur agnus, non aries, ovis, aut hircus, divino spiritu tactus sit? Forte narratores in nomine erraverunt; forte suberat alia causa de qua infra plura dicam.

Sit quidem ut Bocchori, cum oracula consuleret, responsum dederit animal quoddam sacrum. Mea quidem sententia quae dixerat deus, nonnulla per saecula in publico non pervulgata sunt, nam Herodoto, qui mirabilia audiendi cupidior erat, ignota fuerunt. Idem tamen de magno inferioris Aegypti oraculo Buto saepius disseruit⁴, nonnullaque de Sethone exposuit, qui, paucis post Bocchorim defunctum annis, in dei Phtah templo dormiens, a deo monitus est Assyriorum regem Sennacheribum ab Aegypto repulsum iri⁵. Itaque omen infaustum aut incertum Bocchorim accepisse a deo verisimile est: talia cum evenirent, solebant sacerdotes, Herodoto teste, ea ratione uti: « *incidente prodigo, observant scripto que consignant ea quae deinde eveniunt*⁶. » Quousque vero exspectaverint dum

maeus III Evergetes) τοῦ τε Ἀπιος καὶ τοῦ Μνημίους καὶ τῶν λοιπῶν εὐλογίμων ιερῶν ζώων τῶν ἐν τῇ χώρᾳ τὴν ἐπιμέλειαν διὰ παντὸς ποιοῦντά... »

1. Cf. Herodot., II, 46. De oraculis apud Aegyptios, cf. Herodot., II, 55, 58, 82, 83, 111, 133, 147, 152.

2. Strabo, XVII, ed. Didot, II, p. 690, l. 23: « τιμῶσι... Σαιται πρέβετον »

3. Non aliter rex Nectanebus II, qui a rege Persarum Artaxerxe Occho regno expulsus est (Diod., XVI, 46-51), in somno futura praevidisse dicitur. Cf. Maspero, *Les contes populaires*, p. 315 et Chabot, *Chronique de Michel le Syrien*, I, p. 112: « tandis que le roi d'Égypte Nectanébos (ab Occho depulsus) s'enfuyait en Éthiopie, un augure lui fit voir les armées nombreuses qui venaient sur lui. »

4. II, 83, 111, 133, 152, de oraculo in Buto oppido, quod « Αἰγυπτίοισι ἐστι μανῆσιν ἀψευδέστατον. » Cf. Strabo, XVII, ed. Didot, p. 681.

5. II, 141. Cf. Wiedemann, *Herodot's zweites Buch*, p. 501.

6. II, 82: « γενομένου γὰρ τέρατος, φυλάσσουσι γραφόμενοι τώποθεῖνον. »

oraculum de mala Bocchoris fortuna in vulgus produceretur, nunc nobis quaerendum est.

VI. Fabulae principia a Manethone repeti possunt, quia, Herodoto tacente, de Bocchoris agno testimonium antiquius nullum habemus. Cum autem Manetho sub Ptolemaeo primo et sub rege qui in ejus locum successerat, vixisse dicatur¹, fabulam jam IV saeculo latam esse, scilicet annis circiter CCCCL post Bocchorim defunctum, affirmare confido. Nam Manethoni, qui ut « ἀρχιερεὺς καὶ γραμματεὺς τῶν κατ' Αἴγυπτον ἱερῶν ἀδύτων² » rerum aegyptiacarum historiam ab ipso sacrorum librorum fonte repetierat, in templorum bibliothecis³ omina collecta, inter quae fabulam de Bocchoris agno, invenire facile fuit.

Eo jam tempore de animali quodam monstruoso agebatur : Nam verisimile est, quae refert Aelianus, ea eum a Manethone sumpsisse. At, cum Aegyptii animalia, quae monstri speciem non praebent sed qualia natura gignuntur, venerari soleant, in Aeliani verbis aliena quaedam ab aegyptiaco more discernenda sunt. Ille enim et biceps et quadricornis agnus septicornibus humanoque sermone locutis agnis, quos eodem fere tempore Judaeorum vates depingebant, similior videtur⁴. Tunc de mundi fine aliisque factis mirabilibus omina, quae postea in libros Apocalypticos coacta sunt, quoquo pervadebant Ju-

1. *FHG.*, II, p. 511-512.

2. *FHG.*, II, p. 512. Cf. Joseph. *C. Apion.*, I, 6, 28; 16, 104; 26, 229; 31, 287; ex his Manethonem s̄epissime fabulas accepisse et retulisse constat.

3. Sacrorum librorum, qui in dei Horus templo (in urbe Edfou) servabantur, indicem habemus (cf. *Zeitschrift*, 1870, p. 29).



4. *Apocalypse*, V, 6 : « Καὶ εἶδον ... ἄρνιον ... ἔχων κέρατα ἑπτὰ καὶ ὄφθαλμοὺς ἑπτὰ, ἢ εἰσιν τὰ ἑπτὰ πνεύματα τοῦ θεοῦ. » De aliis monstribus, cf. XII, 3; XIII, 1, 11; XVII, 4. De libris apocalypticis qui, circiter II saeculo ante Chr. nat. scripti, tamen multis annis antea a prophetarum ore defluxerant, cf. quae nos docuerunt docti Sabattier et Vernes ap. *Encyclopédie des sciences religieuses*, s. v. *Apocalypse, Apocalypses juives*.

dae, in vulgus producta mentes quoque Alexandrinorum detinebant. Igitur, ut arbitratus est doctus Krall, speciem animalis vaticinatoris ad agni apocalyptic exemplar descriptam esse jure credendum est¹, ita ut in hac fabulae parte aliquid Bocchoris tempore recentius, non tamen Manethonis aetate antiquius, forte agnoscendum sit.


Adde quod ea quae de simulacris deorum ab Assyria relatis memorantur, Manethonis aetati etiam tribuenda sunt. Nam eo tempore quo, Bocchori regnante, agnus locutus esse dicitur, Aegyptus inviolata et deorum templa sancta manebant. Assyri autem Persaeque postea deorum signa arasque ex Aegypto eripuerunt detinebantque donec Ptolemaeus Soter² et Ptolemaeus Philadelphus³ et Ptolemaeus Evergetes⁴ capta belli praeemia in pristinas sedes reduxerunt. Tum sacerdotes in suos libros quo tempore deorum signa ablata relataque essent man-

1. Krall, *op. cit.*, p. 44.

2. Cf. Brugsch, *Ein Decret Ptolemaios des Sohnes Lagi* (*Zeitschrift*, 1871,

p. 2). «   « er hatte zurückgebracht die Bildwerke der Götter gefunden in Asien und alles Geräth alle Bücher der Tempel Süd-u. Nord-Aegyptens, er hatte zurückgegeben sie an ihren Platz. »

3. *Stèle de Pithom* (a docto Ed. Naville, a. 1883 reperta), l. 44 :

«  ... S. M. (Ptolemaeus Philadelphus) atteignit le pays de

Perse, il y trouva les dieux de l'Égypte tous ensemble et il les rapporta en Égypte. » (Ed. Naville, *La stèle de Pithom* (editio nova) ap. *Zeitschrift*, XXXX (1903), p. 71.)

4. *Canop. titul.*, l. 10-11 : « ... καὶ τὰ ἔξενεγχθέντα ἐκ τῆς χώρας οἱρὰ ἀγάλματα ὑπὸ τῶν Περσῶν ἔξτρατεύσας ὁ βασιλεὺς ἀνέσωσεν εἰς Αἴγυπτον καὶ ἀπέδωκεν εἰς τὰ οἱρὰ ὅθεν ἔκαστον ἐξ ἀρχῆς ἔξήκθη. » (ap. M. L. Strack, *Die Dynastie der Ptolemäer*, p. 228). — Vide etiam *Adulitan. titulum* « ... καὶ ἀναζητήσας ὅσα ὑπὸ τῶν Περσῶν οἱρὰ ἐξ Αἴγυπτου ἔξήκθη καὶ ἀνακομίσας μετὰ τῆς ἄλλης γάζης τῆς ἀπὸ τῶν τόπων εἰς Αἴγυπτον ». (Ap. Strack, *loc. cit.*, p. 233).

daverunt : cum autem, ut illis mos eratⁱ, ominum libros evol-
verent, inter omnes convenit bonos malosque ejusmodi eventus
Bocchoris agnum praenuntiavisse. Quamobrem facilius eam
interpolationem in fabulam explanabis, si post Soteris victo-
rias, eo tempore quo Manetho historias scribebat, eam factam
esse conjeceris.

VII. Hoc etiam animadvertisendum est signorum divinorum
relationem calamitatibus quibus, Bocchoris ob culpam, Aegy-
ptus oppressa erat non finem facere. Nam a Bocchoris
morte usque ad Soteris victorias non amplius quam CCCCL
annos numerabis; iis autem qui agni praedictis confidebant,
donec ad finem numerus CM aut DCCCCXC veniret, totidem
annos secundae res exspectandae erant. Itaque sacerdotes qui
agni verba produxerunt, in numerum eorum qui Aegypto
exitio erant, non solum Assyrios vel Persas sed etiam Graecos
referebant; qui, quamvis optime de Aegyptiorum deis meriti
essent, pro hostibus ac barbaris ab Aegyptiis habebantur.
Quamobrem verisimile est annorum hunc numerum non prius
a sacerdotibus in publicum prolatum esse, quam, rebus Ptole-
maeorum optime constitutis, nulla spes jam maneret nisi in
incertum atque infinitum tempus barbaros ab Aegypto rejiciendi.
Haec est causa currens et numerum, tempore
eodem quo libros scribebat Manetho, pervulgatum esse.

Cum autem anno Augusti XXXIV sacerdos Pa-sa-n-horus
fabulam antiquam commemorando renovaret, quid sibi vellent
agni oracula eum fugit, quippe qui in utilitatem Romanorum,
omina quae erga omnes barbaros malevolus agnus praedixerat,
converteret. His enim temporibus bello adversus Parthos
perdiuturno in dubio ponebatur an Asia, necne, Romanae di-
tionis futura esset. Tunc, ubicumque terrarum² Romani impe-

1. Vide, *supra*, p. 42.

2. Cum, non multis annis postquam Pasanhorus fabulam scribebat,
adversus Parthos in longum bellum duceretur, nonnulli scriptores vatum
verba referendo, belli finem praenuntiare nisi sunt. Exempli causa, cf.

rium suum constituerant, omnes omnia anxie quaesiverunt quae futura praenuntiare possent. In sacris ergo libris vaticinationes indagatae, oracula undique e tenebris eruta sunt, inter quae agni omina. His autem verbis docti Krall assentire licet quibus quemadmodum Augusto regnante in lucem vaticinatio prolata sit, exponit : « 900 Jahre nach Bokchoris führen uns in die zweite Hälfte des II Jahrhunderts n. Chr. Man bedenke dass der Papyrus in der Zeit des Kaisers Augustus geschrieben ist ; wer damals die Verwünschungen des Königs Bokchoris abschrieb, musste die Erfüllung der Zeiten, die Zurückbringung der Götterbilder von einen siegreichen Vortosse der Römer gegen das Partherreich erwarten. Das grosse Interesse, welches damals für die apokalyptische Litteratur herrschte, mochte wohl auch den Schreiber unseres Papyrus zu seiner Abschrift der alten Prophezeiungen veranlasst haben^{1.} »

Quomodo autem prior numerus mutatus sit nunc breviter exponam. Non autem ignoraveris CM annos, qui in chartam demoticam inscripti sunt, apud Africanum [DCCCCXC fieri. Cum numerus CM antiquior sit, non improbabile videtur Manethonem hunc eumdem cognovisse et in libros suos retulisse. Qua autem causa Africanus in majus mutaverit numerum apte Krall his verbis exposuit : « Bei Africanus ist die Zahl 900

Rohde, *Der griechische Roman*, p. 363-64 : « Noch zu Lebzeiten des Kaisers Marcus Aurelius schrieb Iamblich seine Erzählung (p. 225, 9 ff.). Er erwähnte darin auch des jüngst beendigten Krieges, und wie er selbst, wohl durch babylonische Magie über die Zukunft belehrt, den Krieg selbst und dessen Verlauf, nämlich die Flucht der Partherkönigs Vologesus über Euphrat und Tigris und die Unterwerfung des Partherlandes unter die römische Herrschaft prophetisch voraus verkündet habe. » Cf. p. 364, n. 1 : « Solche Prophezeiungen scheint der Partherkrieg manche hervorgerufen zu haben; nicht alle Propheten waren so scharfblickend wie Jamblich : vgl. Lucian., *Alex.* 27. Einen phantastischen Historiker, welcher den noch unbeendigten Krieg gleich vorausblickend zu Ende erzählte, verhöhnt Lucian, *De conser. hist.* 31. »

1. Krall, *op. cit.*, p. 10.

unseres Papyrus zu 990 geworden. Es werden wohl verschiedene Varianten der Zahl im Unlaufe gewesen sein. Zu der Zeit des Africanus war die Zahl 900 schon überholt, die Zahl 990 eröffnete dagegen einen Ausblick in eine baldige glückliche Zeit¹. » Etenim non admodum mirandum est ullam apud Aegyptios memoriam agni vel III saeculo post Christi mortem permansisse. Quoniam enim hodie videmus fabulas nonnullas veteres, sive per hominum ora relatas, sive a Coptis vel Arabicis scriptoribus, usque ad aetatem nostram proditas esse², certe non incredibile est quod fabulam a vulgo traditam iis temporibus, quibus ipse vivebat, aptare nitus sit Africanus³.

VIII. Talia de Bocchoris agno fabula inter annos incrementata cepit. In principio omnia agni cuiusdam, Bocchori regnante, sacerdotes, ut solebant, in libris suis commemoraverunt. Cum autem a Bocchoris regno per secula continua Aegyptum barbari tenerent, convenit in omnia quae post ultimi regis indigenae mortem facta essent, agni dicta cadere. Tunc vero annorum numerus quidam infinitus inventus est, in quibus omnia barbarorum regna ab agno praenuntiata continerentur. Haec fabula temporibus Manethonis jam nota est. Cum autem deorum signa ex Asia Ptolemaei reducerent, in agni omnia secundarum rerum mentio interpolata est. Deinde, occasione data, sub Augusto fabula rursus vulgata est, qua denique uti chronographi Christiani, cum aliquid utile in numero sacro esse pu-

1. Krall, *loc. cit.*, p. 10.

2. Cf. Maspero, *J. des Savants*, 1901, p. 680 sqq. Similiter fabula aegyptiaca de regis Amenophis figulo (cf. Maspero, *Journal des Savants*, 1897, p. 726-30), quae fabulæ agni satis similis est (vide Conclusionem), II aut III saeculo p. Ch. graeca voce conversa est.

3. Quod Eusebius de numero silet, his verbis doctus Krall recte explicavit : « Bei Eusebius ist eine direkte Benützung der Manethonischen Biblio nicht nachzuweisen. Er hat in die ihm vorliegende von der Africaniischen entnommene Anmerkungsmaterial einfach eingefügt. Die Anmerkung έτη τότε hat er entweder als ihm unverständlich, oder als gegenstandslos geworden, ausgelassen. » (*loc. cit.*, p. 10.)

tarent, non praetermisserunt. Sic evenit ut agni omina et Aegyptii et barbari ad suam utilitatem alternis accommodarent.

Superest ut res duas in commentarium etiam referamus. Primum de Bocchori fabulas in publicum emissas esse, non singulare est. Nam tempore quo vicissim Assyrii, Persae, Graeci, Romanique Aegyptum invaserunt, fabulae quaedam de Saïticis regibus Bocchoris successoribus, nonnullae etiam de Cambyses vel Alexandro Magno percrebuerunt, quae apud Graecos, Coptos, Arabicos auctores adhuc exstant¹. Facile autem id intelligi potest quod plures regis illius memoriam coluerunt, qui apud Aegyptios ultimus Pharao indigena fuerat.

Quin etiam hoc animadvertisendum est illam incredibilem de agno fabulam quam Manetho retulerat, plane charta aegyptiaca confirmatam esse². Nunc constat hunc DCCCCXC numerum, quem intelligeret nemo, traditum ab antiquis Manethonem accepisse. Quanta autem fide dignus, quam aegyptiacarum

1. Cf. Herodot., II, 137-140, de Anysi rege; II, 141, de Sethone rege; II, 151, de Psammiticho; III, 16 de Amasi. De Cambyses vide coptas chartas a doctis Schaefer, Lemm et Möller editas (H. Schaefer, *Bruchstück eines Koptischen Romans über die Eroberung Aegyptens durch Kambyses*, ap. *Sitzungsbericht König. Preuss. Akad.* 1899; G. Möller, ap. *Zeitschrift*, XXXIX, 1901, p. 113). De Nectanebo II, cf. fabulam aegyptiacam ap. Maspero, *Les contes populaires*, p. 311 sqq., et Pseudo-Callisthen., IV-XXII, ed. Didot, p. 4-12. Invenies quoque vaticinationes, quae ad XXVIII, XXIX, XXX dynast. reges spectant, in tabulis demoticis scriptas, ap. Revillout, *Revue Égyptologique*, I, p. 149 sqq. « *Les prophéties patriotiques...* », et II, p. 3 sqq.; 52 sqq.; De Alexandro, vide Bouriant, *Journal Asiatique*, VIII^e série, t. IX, p. 1-38 et t. X, p. 340-49, et Maspero, *Les Contes populaires*, p. 300 sqq., et p. 319 « *Fragments de la version copte thébaine du roman d'Alexandre* »; cf. Maspero, *Comment Alexandre devint dieu en Égypte*, ap. *Annuaire de l'École des Hautes-Études*, 1897).

2. De his cf. Maspero, *Journal des Savants*, nov. 1901, p. 668. « Depuis que le hasard des fouilles nous a restitué nombre de romans complets ou mutilés dans la langue originale, nous avons en main de bons spécimens de ces fables que Manéthon avait utilisées parfois et nous avons pu en déterminer la valeur..... Nous avons retrouvé dans deux d'entre eux une version directe de deux des récits que Manéthon avait insérés dans son ouvrage. On lit sur ses listes royales que du temps de Bocchoris un agneau avait parlé : un manuscrit démotique du musée de Vienne con-

fabularum diligens scriptor fuisset Manetho (quod ad historiam multum pertinet) de agno Bocchoris fabula confirmavit.

tient les débris du discours que l'agneau monstrueux avait débité. Un autre papyrus, grec cette fois, nous apprend comment le potier Aménôpis, fils de Paapis, fut saisi de la fureur prophétique sous le règne d'un certain Aménôpis et annonça au souverain qu'une série de malheurs épouvantables menaçait l'Égypte, après quoi il mourut soudain (cf. *Journal des Savants*, 1899, p. 41-43). Manéthon avait eu en sa possession une version différente de cette même prophétie, et il l'avait intercalée dans l'histoire d'un roi Aménophis, qu'il prétendait avoir été le second successeur de Séthôsis-Aegyptos... » etc.

CAPVT TERTIVM

De Bocchori judice et legislatore.

I. Procœmum. — II. De Bocchoris judiciis apud Plutarchum, Clementem Alexandrinum et Aelianum. — III. De iisdem apud Iamblichum, Zenobium, Suidam; de Pancratis *Bocchoreide*. — IV. De tabulis pictis in Pamphilii columbario et in Pompeiana domo repertis. — V. De domi Romanae tabulis. — VI. Cur eis Bocchoris speciem figurari jure credendum sit; cur autem huic opinioni doctus Robert adversatus sit. — VII. Qui fuerit apud Pharaones et Ptolemaeos regalium judiciorum usus. — VIII. De causis et legibus singularibus apud Aegyptios. — IX. De Bocchori legislatore.

I. Postquam de Bocchoris morte agni omina rettuli, nunc nonnulla de Bocchori judice et legislatore mihi dicenda sunt.

Primus est Diodorus qui de Bocchori judice documenta reliquerit. Qui, cum de legislatoribus Aegypti scribebat « qui tam ab aliorum usu aliena aut tam mirabilia promulgaverant sanxerantque », haec de Bocchori memoravit :

« Quartus legislatorum nominatur ab illis Bocchoris rex, vir sapiens et versutia excellens. Hic et omnia quae ad reges spectant constituit et accuratiorem contractibus modum praescripsit. In judiciis quoque ea fuit sapientia, *ut multae ejus sententiae propter excellentiam adhuc nostro saeculo morentur*¹ ».

1. I, 94, 5 : « Τέταρτον δέ φασι γενέσθαι νομοθέτην Βόκχοριν τὸν βασιλέα, σοφὸν τινα καὶ πανουργίᾳ διαφέροντα. Τοῦτον οὖν διατάξαι τὰ περὶ τοὺς βασιλεῖς ἄπαντα καὶ τὰ περὶ τῶν συμβολαίων ἔξαριθματι· γενέσθαι δὲ αὐτὸν καὶ περὶ τὰς χρίσεις οὕτω συνετὸν, ὡστε πολλὰ τῶν ὑπ' αὐτοῦ διαγνωσθέντων διὰ τὴν περιττότητα μημονεύεσθαι μέχρι τῶν καθ' ἡμᾶς χρόνων. »

In praesenti de legibus a rege datis omitto dicere; de Bocchoris judiciis autem nunc sermo erit.

II. Primum id asserere possum non de alio Bocchori sermonem fuisse apud Diodorum, quippe qui « *illius sapientis Bocchoris Tnephachthum patrem* » commemoret¹. Constat quoque apud gentes quae cum inferioris Aegypti incolis consuetudinem fecerant, scilicet Syrios, Graecos, Romanos, Bocchoris judicia maximam prudentiae famam habuisse. Testimonio erunt aliae fabulae quas apud Plutarchum, Iamblichum et Clementem Alexandrinum invenimus.

Secundum Plutarchum, quoddam Bocchoris judicium, et solertia sua, et crebris disputationibus, quae ex eo fluxerunt, notissimum erat :

« Memoratur Lamiae quoque celebrati Bocchoris judicii impugnatio. Nam cum quidam meretricem Aegyptiam Thonidem amaret, poposcit illa ingentem pecuniae summam. Adulescens inde, cum in somnis sibi visus esset cum illa concubere, liberatus est libidine. Ob id mercedem ab illo institit Thonis judicio exigere. Cognita causa, jussit Bocchoris eum, quantum postulavisset Thonis argenti, in vase numeratum huc atque illuc manu jactare, ac meretricem umbra frui quod veritatis opinio umbra sit. — Hanc sententiam censuit Lamia iniquam esse : neque enim, inquit illa, ademit meretrici umbra pecuniae cupiditatem, somnium vero adulescentem amore liberavit². »

1. I, 45, 2 : « Τνέφαχθον, τὸν Βοκχόριδος τοῦ σοφοῦ πατέρα. »

2. Plutarch. *Demetr.*, 27 : « Ἀπομνημονεύεται δὲ τῆς Λαμίας καὶ πρὸς τὴν λεγομένην Βοκχόριδος κρίσιν ἀντίρρησις. Ἐκεὶ γάρ τις, ἐρῶν ἐν Αἰγύπτῳ ἔταιρας Θωνίδος, ἡτεῖτο συχνὸν χρυσίον, εἴτα κατὰ τοὺς ὅπνους δόξας αὐτῆς συγγενέσθαι, τῆς ἐπιθυμίας ἐπαύσατο, δίκην ἔλαχεν ἡ Θωνίς αὐτῷ τοῦ μισθώματος ἀκούσας δὲ τὸν λόγον ὁ Βόκχορις, ἐκέλευσε τὸν ἄνθρωπον ὅσον ἡτήθη χρυσὸν ἡριθμημένον ἐν τῷ ἀγγειῷ διαφέρειν δεῦρο κάκεῖσε τῇ χειρὶ, τὴν δὲ ἔταιραν ἔχεσθαι τῆς σκιᾶς, ὡς τὴν δόξαν τῆς ἀληθείας σκιὰν οὖσαν. Οὐκ ὥστο ταῦτη εἶναι τὴν κρίσιν ἡ Λαμία δικαίαν· οὐ γάρ ἀπέλυσεν ἡ σκιὰ τῆς ἐπιθυμίας τοῦ ἀργυρίου τὴν ἔταιραν, τὸ δὲ δικαίαν ἔπαισεν ἐρῶντα τὸν νεανίσκον. »

Haud parvi pretii est ad existimandum, quantam famam Bocchoris consecutus sit, annotare Clementi Alexandrino, cum dissereret de vero aut falso pudore, non indignum visum esse quin ejusdem judicij auctoritatem evocaret.

In Stromatibus enim de his verbis gnostici cuiusdam agitur : « Ego autem dico, qui aspexit mulierem ad concupiscentiam jam moechatus est. » Tum haec fabula, quae sententiam illustrat, narratur :

« Justi Bocchoris tale referunt judicium. Adulescens captus amore meretricis, persuadet certa quadam mercede constituta, ut postridie puella ad eum veniat : eum autem cum in somnis praevenisset cupiditas, praeter spem expleta libidine, puellam quam amabat ad se venientem, ut constitutum fuerat, arcet aditu. Illa autem cum id quod evenerat didicisset, exigebat mercedem, dicens se ea ratione amatoris explesse cupiditatem. Venerunt ergo ad judicem. Is jusso adulescente crumenam in qua erat merces in sole extendere, jussit meretricem umbram apprehendere : lepide imperans ut simulachrum mercedis redderet pro simulachro complexus¹. »

Ad hoc animadvertes Clementem et Plutarchum, qui inter sese et ingeniorum natura et studiis tantum differunt, iisdem fere verbis usos esse ut Bocchorim auctorem, de re in controversiam deducta, proferrent. Quam autem fabulam cognovit Aelianus, qui jam bis de Bocchori testimonia dedit; nam de Archedice quadam meretrice, quae Naucrati vivebat, haec idem scripsit : « Archedicen quidam deperibat meretricem Naucratidem. At illa arrogans erat et valde aspera et largam

1. *Stromat.*, IV, 17 (ap. Migne, *Patrol. graec.*, VIII, p. 1324) : « Λέγουσιν οὖν οἱ τὰς ἱστορίας συνταξάμενοι Βοκχόριδος τοῦ δικαιού χρίσιν τοιάνδε. Ἐρῶν ἐταίρης νεανίας, πείθει μισθῷ τινι ὀρισμένῳ τὴν παῖδα ἀφιέσθαι τῇ ὑστεραίῃ πρὸς αὐτὸν. Προλαβούσης δὲν τῆς ἐπιθυμίας τὴν παῖδα, παρ' ἔλπιδα κορεσθεὶς, ἥκουσαν τὴν ἔρωμένην κατά τὸ τεταγμένον, εἴργει τῆς εἰσόδου· ἡδὲ ἔκμαθούσα τὸ γεγονός, ἀπήτει τὸν μισθὸν καὶ τῇδε πως αὐτὴ τὴν ἐπιθυμίαν τῷ ἔραστῇ πεπληρωκέναι λέγουσα. Ἡκον οὖν επὶ τὸν χριτήν. Τὸ βαλάντιον οὗτος τοῦ μισθώματος τὸν νεανίσκον προτείνειν κελεύσας, ἐν ἡλίῳ δὲ, τὴν ἐπιτίχιαν λαβέσθαι προσέταξε τῆς σκιᾶς· χαρέντως εἰδῶλον μισθώματος ἀποδιδόναι πελεύσας εἰδώλου συμπλοκής. »

poscebat mercedem, cumque accepisset paulisper sane commercio ejus, qui dederat, indulgebat, deinde subtrahebat se. Cum igitur deperiret eam adulescens, nec potiri posset, quandoquidem non admodum erat opulentus, per somnum cum illa rem habuit et confessim libidine illa liberatus est¹. » Apud Aelianum vero Pharaonis judicium deest; non tamen dubium est quin ejusdem modi fabula sit.

III. Id quoque notandum quam insolitae miraeque causae, quae quidem fabulis commenticiis materiam praebere possint, ad Bocchoris judicium referantur! Ejusdem vero generis fabulam, sed spectaculi apparatu alio, apud Iamblichum invenies², qui, Syrus genere, graecisque litteris imbutus, Marco Aurelio regnante, fictas fabulas graece scripsit. Quibus in fabulis personas, quae inter flumina Tigrim Euphratemque sitas regiones colebant, ille induxerat; Bocchoris tamen fama has oras, quamvis ab Aegypto longinquas, pervaserat.

« Veneris ibi, ut ait Iamblichus, sacerdoti tres erant liberi Euphrates, et Tigris et Mesopotamia, forma deformis haec genita, sed a Venere pulchra redditā, ut de ipsa lis exorta sit inter tres amantes, de qua judicium fit. *Bocchoris judex legitur judicum illis temporibus optimus*. Contendebant et litigabant hi tres, propterea quod huic quidem Mesopotamia poculum dederat unde bibere solebat, alterum capiti suo direpto florido serto coronaverat, tertium osculata erat; qui osculum acceperat vicit causam³... »

1. « Ἀχεδίκης τις ἡράσθη τῆς ἐν Ναυκράτει ἑταῖρας. Ἡ δὲ ἦν ὑπερήφανος καὶ δεινῶς φορτικὴ καὶ ἀδρούς ἦτει μισθούς, καὶ λαθοῦσα πρὸς ὄλιγον ἄν ώμιλησε τῷ δόντι, εἴτα ἀπέκλινεν. Ἐρασθεὶς οὖν ὁ νεανίσκος αὐτῆς, καὶ τυχεῖν μὴ δυνάμενος, ἐπεὶ μὴ πάνυ ἦν πλούσιος, ὅναρ αὐτῇ συνεγένετο, καὶ παραχρῆμα ἐπαύσατο τῆς ἐπιθυμίας. » (*Var. histor.*, XII, 63.)

2. De his fabulis quae *Babyloniaca* inscribebantur, cf. Rohde, *Der griechische Roman*, p. 360 sqq..

3. *Iambliche Drama*, ed. Didot (*Erotici scriptores*), p. 517: « Καὶ ὅτι ἡ τῆς ἐνταῦθα Ἀφροδίτης ἱέρεια τρεῖς ἔσχε παιᾶς, Εύφρατην καὶ Τίγριν καὶ Μεσοποταμίαν, αἰσχρὰν τὴν ὅψιν ἀπὸ γενέσεως, ὑπὸ δὲ τῆς Ἀφροδίτης εἰς κάλλος μετασκευασθεῖσαν, διὸ ἦν καὶ ἔρις τριῶν ἐραστῶν γίγνεται καὶ κρίσις ἐπ' αὐτοὺς.

Nihil vero aliud haec fabula probare videtur, nisi quod I saeculi scriptoribus argumenta ad omne commentorum genus idonea Bocchoris sollertia praebuerit. Iamblichus autem, sub graeca disciplina artes narrandi edoctus, mirabilia quae de Bocchori relata erant diligenter perlegerat eaque rursus ad Syras vel Babylonicas personas aptabat¹.

Quinetiam Bocchoris fama non fugit memoriam eorum qui quaeque de viris illustribus maxime nota erant, breviter contraxerunt. Talia enim de Bocchori scripsit Suidas : « Βάκχυρις, ἐπὶ τῶν δικαιοτάτων τοιοῦτος γὰρ οὗτος βασιλεὺς Αἰγύπτου », quae Zenobius amplificando imitatus est : « Βάκχυρις. Οὗτος Αἰγύπτος ὁ ἐπὶ δικαιοτύνη καὶ ἐπινοίᾳ κρίσεων ἀπομνημονεύεται. Εἴρηται δὲ ἡ παροιμία ἐπὶ τῶν δικαιότατα καὶ παρευρημένως κρινόντων. » Ceterum adsunt qui Bocchori sapientis nomen denegabant : testem Aelianum habemus, qui cum de tauro Mnevi fabula in narraret, de Bocchori opinatus est his verbis : « Bocchoris Aegyptiorum rex nescio quomodo falsam hanc gloriam et ficticiam famam adeptus, justus in judiciis et causis decernendis existimabatur et animo (erga deum) moderato ac probe composito, cum ingenio prorsus contrario esset²... » Sed aliquid etiam Bocchoris famae et contradicentes conferebant.

Quibus expositis, non miraberis si primas partes in epico

Βόχορος ὁ κρίνων ἦν, κριτῶν κατ' ἔκεινους καιροὺς ἄριστος· ἔκρινοντο δὲ καὶ ἡρίζον οἱ τρεῖς, ὅτι τῷ μὲν ἡ Μεσοποταμία τὴν φιάλην, ἐξ ἣς ἐπίνεν, ἔδωκε, τῷ δὲ τὸν ἀπὸ τῆς κεφαλῆς ἐξ ἀνθέων ἀφελομένην στέφανον περιέθηκε, τὸν δὲ ἐφίλησε. Καὶ τοῦ φιληθέντος κρίσει νικήσαντος... » Cf. Rohde, *Der griechische Roman*, p. 369-70.

1. Recte conjectit doctus Rohde (*Der griechische Roman*, p. 370) aliud Bocchoris judicium in fragmentis a docto Hercher Iamblico attributis relatum esse (cf. *Hermes*, I, p. 363 sq.). De quodam viro agitur querente de uxore sua, quae dormiens peccaverit; illam autem vocat ad judicem quemdam qui, *rex* appellatus, haud injuria forte Bocchoris habendus est. Hujus enim modi casus, qui fabellarum a Plutarcho aut Clemente traditarum non tam dissimilis est, Bocchori sane placuerit.

2. *De natura animal.*, XI, 11. « Βόχορις, ὁ τῶν Αἰγυπτίων βασιλεὺς κατὰ κλέος ψευδὲς καὶ φύμην οὐδὲν λέγουσαν ὑγιέας οὐκ οἶδα ὅπως ἀρπάσας, δίκαιος τε ἐν ταῖς κρίσεσσιν ἐδόκει καὶ πρὸς τὸ δῖσιν τὴν ψυχὴν κεκοσμημένος, ἦν δὲ ἄρα ἔμπαλιν πεφυκὼς ἔκεινος » (ed. Didot, p. 191).

poemate Bocchoris egerit quod e praecipua persona « *Bocchoreis* » inscribebatur. Hoc aiebant a Pancrate, Alexandrino poeta qui temporibus Hadriani florebat, scriptum esse¹. Cum vero Alexandriam imperator venisset, poema sibi dedicari, ut aiunt, sivit. Ex Bocchoreide tamen, praeter aliquot versus minimi pretii ab Athenaeo servatos, nihil superest². Etsi tantum haec brevissima fragmenta ad nos per venerunt, hoc primum notatione dignum, inter tot alios Pharaones, quorum bella totum per orbem fama vulgata sunt, Bocchorim, etsi brevis vitae fuit et in omnibus praeliis devictus, solum tamen, quod sciam, tanta admiratione Alexandrinorum poetarum animos affecisse ut ejus regnum pro poematis epicis materia eligerent.

Id quoque animadvertisendum tale poema dignum quod ab imperatore legeretur habitum esse. Hoc autem tempore, ut apud imperatores, ita apud omnes privatos qui graecam disciplinam assecuti erant, in plurima gratia Aegyptiacae res versabantur. Evidem, quae de Bocchoris prudentia et in jure dicendo sollertia narrabantur, Romanorum auribus, cum juris scientiae maxime studiosi essent, maxime placebant : de quo nonnulla commemorare oportet testimonia quae ad ipsum Bocchorim, ut videtur, pertinent.

IV. In saeculo I p. Ch., scilicet eodem tempore quo Bocchoris fama pervulgata erat, Romae et in vicinis urbibus in modum Alexandrinum domos exornare usus erat. Interiores ergo parietes tabulis certe ab artificibus Alexandrinis pictis

1. Athenaeus (XV, p. 677, ed. Teubner, III, p. 222) : « Παγκράτης τις τῶν ἐπιχωρίων ποιητὴς, ὃν καὶ ἡμεῖς ἔγνωμεν, Ἀδριανῷ τῷ αὐτοκράτορι ἐπιδημήσαντι τῇ Ἀλεξανδρείᾳ ἐπέδειξεν. »

2. Athenaeus, XI, p. 478 (ed. Teubner, II p. 373) : Παγκράτης δ' ἐν πρώτῳ Βογχορηΐδος

αὐτάρ ὅ γε σπείσας ἐκ κόνδυος ἀργυρέοιο
νέκταρ ἐπ' ἀλλοδαπὴν οἵμον ἔθαινε πόδα.

Cf. alios versus ap. Athen., XV, p. 677.

vestiebantur, in quibus seu Aegyptiaci ruris prospectus cernas, sive rusticae vel urbanae vitae, Aegyptiorum more, spectacula. Saepius autem tabularum argumenta aut jurgia aut judicia erant.

Sic repertum est Romae, in loco « Pamphilii villa » dicto, columbarium pictis imaginibus ornatum, ubi inter varias fabulas, artifices graecas personas, scilicet Niobae liberos, et Herculem cum Centauris dimicantem aut Ulyssem a cane recognitum depinxerant¹. Neque Aegyptiacae terrae prospectus deerant; at juxta Nili ripas, quas obumbrabant palmae, Pygmaei cum eximiae magnitudinis crocodilo certaminis iniqui fortunam inviti tentabant (fig. 3).



Fig. 3. — (*Ap. O. Jahn, op. cit., bl. VII, 20.*)

Sed in proximo tristior fabula agitur. Sub palmae umbra jacet puer quidam, nudo corpore, super subsellio prolatus. Mulier autem, genu nixa, viri manus removere tentat, qui, ex altera parte, puerum in duas partes cultro jam divisurus est. Rei conspectu territus, puer alter in summa palma nititur (fig. 4).

Pluribus recte visum est in hac tabula depindi exemplum apud Aegyptios translatum hujus judicii per quod Salomon, Judaeorum rex, tantam prudentiae famam assecutus est. Si quis dicet hic judicem abesse, in tabula autem proxima appetat senex, sceptrum tenens, qui sublata dextra, de sella senten-

1. O. Jahn, *Die Wandgemälde des Columbariums in der villa Pamphili* (*ap. Abhandl. der bayr. Akad.*, VIII, II, p. 231).

tiam dicit (fig. 5), et forte ut rex quidam jus dicens existimandus est.

Eadem fabula in pariete domi Pompeianae etiam effossa



Fig. 4. — (*Ap. O. Jahn, op. cit., bl. III, 9.*)

est¹. Hic personae duae ad judicem venerunt qui sententiam de tribunali dicit. Cum puer, de quo certatur, jam sub cultro est, feminarum una, quae vera mater agnoscenda est, judi-



Fig. 5. — (*Ap. O. Jahn, op. cit., bl. IV, 10.*)

cem, ut sententiam differat, suppliciter rogat, altera autem adversariam supplicem respicit improbe (fig. 6).

Ex hac fabula quae potius tragœdiae cuidam materiam præberet, comica tabula orta est. Omnium enim personarum ab artifice ridicula capita ficta sunt et immodice membris inae-

1. Cf. G. Lumbroso, *Sul dipinto pompeiano....* (ap. *Atti della Reale Accademia dei Lincei*, ser. III, v. xi, p. 303).

qualia corpora, quare hae haud injuria pro Pygmaeis habitae sunt. Hoc autem valde ad rem nostram pertinet. Nam in Aegyptiacis tabulis cuiusvis aetatis saepe partes egerunt Pygmaei¹. Adde quod ad Aegyptum etiam spectant et fluminis prospectus et crocodili aut fluviatiles equi, ita ut, secundum



Fig. 6. — (Ap. E. Le Blant, loc. cit., pl. III.)

docti Lumbroso sententiam, in Aegypto, ad cujusdam Pharaonis tribunale res agatur.

Quae autem de hac re in quaestione versarentur, breviter contraxit doctus Le Blant his verbis : « On a discuté sur cette fresque qu'entourent des paysages représentant la vallée du Nil, avec pygmées, crocodiles et hippopotames, comme dans les peintures du *columbarium* de la villa Pamphyli. D'après le sentiment le plus répandu, le peintre aurait retracé ici le

1. De Pygmaeis in pompeianis tabulis, cf. Jahn, *Pygmaendarstellungen*, ap. *Archaeolog. Beiträge*, p. 418. Apud Aegyptios, Pygmaeorum figuræ jam inde antiquitus reperies, seu in tabulis (cf. Maspero, *Hist.*, I, p. 299) seu in titulis (cf. Schiaparelli, *Una tomba egiziana inedita della VIa dinastia*, p. 30, et Maspero, *Hist.*, I, p. 397, 433).

jugement de Salomon. M. G. Lumbroso s'étonne de voir une scène biblique reproduite à Pompéi. Le fait du jugement rendu au sujet de l'enfant que se disputaient deux mères peut, dit-il, et comme on le voit souvent pour des récits devenus populaires, avoir été attribué à plus d'un personnage¹; on l'a pu raconter à propos d'un roi d'Égypte, Bocchoris, célèbre justicier, auquel les anciens ont prêté plusieurs sentences curieuses². »

Etenim quaestio tota haec est : haud dubium est quin apud Aegyptios res agatur, quoniam utrobique ex Aegypto omnia scenae ornamenta excerpta sunt. Incredibile vero Salomonem apud Aegyptios jus dixisse esse videtur, aut tam apud Romanos gratum fuisse ut Romae aut Pompeiis ejus imagine paeclaras domorum parietes exornarentur. Cum, ex alia parte, apud nonnullas gentes judicium, vulgo Salomoni tributum, fabulis materiam dederit, idem judicium ab Aegyptiis Pharaoni cui-dam tributum esse conjicere haud absurdum est. Sin autem ad Pharaonem haec fabula pertinet, quem potius quam Bocchorim, ad controversias dirimendas judicem peritissimum, cujusque nomen, ut in orientali terrarum parte, ita in Italia, eo tempore notissimum erat, eligamus? Nam apud Tac-

1. Vide exempla quae diligentissime collegit Lumbroso, *loc. cit.*, p. 304. Cum fabulam Plutarchi et Clementis Alexandrini Lumbroso referret, eam explicabat his verbis : « Il quale giudizio al par di quello di Salomone e le quali varianti sembrano quasi accennare ad una famiglia che chiamarsi potrebbe di *mirabilia* giudiziari, piuttosto propri della tradizio popolare che della storia. » Cf. G. Lumbroso, *Archivio per lo studio delle tradizioni popolari*, II (1883), p. 569, et E. Loewy, *Aneddoti giudiziari* (ap. *Rendiconti della Reale Accademia dei Lincei*, ser. V, vol. VI, fasc. 1°, 1897, p. 37). Doctus Loewy de his fabulis haec recte dixit : « Il colombario Pamphilii in cui in un insieme di dipinti che si dimostrano cavati qua e là da un formulario impregnato d'egizianismi, ricorre un'altra volta, ma senza il travestimento pigmaico, il motivo caratteristico del giudizio di Salomone ».

2. Le Blant, *De quelques monuments antiques relatifs à la suite des affaires criminelles* (ap. *Revue archéologique*, 1889, I, p. 23 sq.).

tum de Bocchori Judaeorum insectatore¹ fabulas a Lysimacho traditas legimus, quas quidem e C. Plinii Secundi historiis², ut verisimile est, ipse sumebat. Unde concludi potest, tempore quo Romanae vel Pompeianae tabulae pictae sunt, neque Bocchoris nomen neque de eo fabulas Romanis ignota fuisse³.

Hic locus est vas Phoeniceum in urbe Tarquiniis repertum memorandi. Hoc sane ad rem nostram pertinet, quod monumentum gloriae suaे vel apud Romanos Bocchoris habuerit. Absit tamen ut majorem auctoritatem huic testimonio demus. Cum vero nos non fugiat Romanos litteris Aegyptiorum minime studuisse, in incerto ergo est utrum illi nomen Bocchoris in vase incisum esse suspiciati sint, annon⁴. Denique nescimus utrum casu an consilio hoc vas Tarquinios importatum sit⁵.

V. Quae de Pompeianis aut Romanis tabulis supra diximus, nunc ea renovare licebit, si in domo, quae Augusti aetate Romae aedificata erat, pictas imagines nunc inspiciemus. In opere tectorio, ubi udo colores illiti sunt, Aegyptiorum campi et urbes depicta sunt : hic terra et aqua vices alternant, illic paludibus succedunt agri, aedes aut templa, silvulis

1. Cf. *supra*, p. 31.

2. Vide Fabia, *Les sources de Tacite*, p. 247 et 248, n. 1.

3. Nullum Pharaonis cuiusvis nomen, praeter Bocchoris et Amasis, apud Tacitum invenies.

4. Quam ob causam non eo progrediar ut docto Revillout haec concedam : « Pour en revenir au vase de Tarquinium et pour conclure, nous dirons qu'il est une nouvelle preuve de la popularité dont jouissait jusqu'en Italie le nomothète égyptien, tant admiré des Grecs. » (*Les Rapports historiques et légaux des Quirites et des Égyptiens*, p. 6.)

5. Quare autem vas non in Aegyptum missum sit, satis probabiliter doctus Schiaparelli his verbis explanavit : « Ovvero sia l'originale stesso che, per la sopravvenuta disfatta di Bocoris, o per altro motivo, non sia stato inviato a colui al quale era destinato, e si sia invece messo in commercio, inviandolo nei lontani mercati dell'Etruria per disperdere le tracce dei tentati accordi coll'Egitto » (*loc. cit.*, p. 100).

palmariis contecta, locisque in editioribus sita. **Simulacrum imo tauri sacri**; qui forte Apis agnoscendus est, sublime fertur, subjectos Niloque humentes prospiciens campos (fig. 7). Non dubium est quin in Aegypto inferiore simus¹.

Resipienti autem zoophorum his tabulis superpositum, apparent imagines minores, aliae aliis ex ordine succedentes. In his res agitur quae ad controversias apud judicem quem-dam pertinet. De quibus argute disseruit doctus E. Loewy, cuius libello utemur ad has fabulas breviter exponendas².



Fig. 7. — (*Mon. dall' Instit. di correspond. archeolog.*, XI, tab. XLIV.)

Omnium fere tabularum fabula in duo actus dividitur. Argumentum exponunt primum personae quae in scena angulo partes agunt, eaedem dehinc ad virum veniunt, qui, sceptrum tenens, militum corona saeptus, de sella alta litigatoribus jus dicit. Inter varias causas primo duae inveniuntur, quae ex vita rustica originem traxerunt.

Fig. 8. Juxta ripam fluminis in navicula pascitur capella de qua vir, agresti veste indutus, cum altero, alte succincto, qui haedulum catena retinet, rixatur. Ut mihi videtur, nauta quidam, aut fur, esca usus, agricolae capellam in naviculam

1. *Monumenti inediti pubblicati dall' Instituto di correspondenza archeologica*, vol. XI (1879-83).

2. E. Loewy, *Aneddoti giudiziari dipinti in un freggio antico* (ap. *Rendiconti della reale Accad. dei Lincei*, ser. V, vol. VI, p. 27).

suam attraxit, sperans fore ut, praetexendo damnum quod capella fecisset, haedulum rapere posset. De re autem nauta in jus vocatur¹.



Fig. 8. — (*Mon.*, tab. XLVI, 1.)

Fig. 9. Dum tres nebulones saxis, baculo, et tricuspidi telo equum per agros cultos currentem impugnant, rusticus vir,



Fig. 9. — (*Mon.*, tab. XLVII, 2.)

cujus est equus, baculum dextra vibrans, accurrit repente. Quos penes sit culpa, judex dicet².

Adsunt nunc personae in propatulo loco.



Fig. 10. — (*Mon.*, t. XLVI, 3.)

Fig. 10. Tres viri, postquam consultaverunt, deinde ad arbitrium veniunt. Ante judicis oculos in mensa tripode fascis, aut forte in via repertum reticulum, deponitur. De hoc nunc contenditur, cuius proprium futurum sit³.

1. E. Loewy, *op. cit.*, p. 30.

2. E. Loewy, *op. cit.*, p. 32.

3. E. Loewy, *op. cit.*, p. 31.

Fig. 11. Misero sene, dum ad imam columnam sedet, suo pallio a juveni quodam spoliato, ambo, de possessione certantes, vestemque manibus tenentes, ad judicem veniunt¹.



Fig. 11. — (Mon., t. XLVI, 4.)

Fig. 12. Tres captivi, vinctis post tergum manibus e carcere ad judicem educuntur, periculumque est ne ab eo capite damnentur. Mulieres autem, eorum conjuges aut filiae, a pennigero genio (forsitan ab Amore) admonitae, judicis ad



Fig. 12. — (Mon., t. XLVI, 2.)

pedes objectae manibusque supplicibus, ab eo reorum mortem deprecantur².

Nunc ad scenas veniamus quae ad similitudinem sunt earum quae « ordalia » in medio aevo vocata sunt.



Fig. 13. — (Mon., t. XLVII, 3.)

Fig. 13. Inter feminas duas jurgium est de puer quodam ad judicem admoto. Judex autem puerum pronum in urnam aquae plenam demergi jubet ut ex animorum motibus, utra

1. E. Loewy, *op. cit.*, p. 31.

2. E. Loewy, *op. cit.*, p. 30.

vera mater sit, appareat. Cum ergo sententiam probat feminarum una, altera, metu exhorrescens, vultum removet¹.

Fig. 14. In labro ligneo jacet vir, vivus tamen, nam caput attollit. Quem judex, dum tormentis quis sons sit quaerit,



Fig. 14. — (*Mon.*, t. XLVII, 4.)

coram populo fustibus castigari jussit. Circumstantium autem duo, unus genibus submissis, alter erectis brachiis, ita clamores edunt, ut judex ejusque assessorum attoniti sint. Illi, nisi fallor, culpam confitentur, cujus inique accusaverant eum qui tormenta verberaque fortiter toleravit².

Fig. 15. — Sequitur causa cognitu perdifficilis. Vir enim, prope mulierem stans, nescio quid in manu mulieris



Fig. 15. — (*Mon.*, t. XLVIII, 4.)

positum inspicit. Veniunt, admiratione stupentes, coram judice qui, hariolo vocato, sortis testimonium audit. Tribus globulis conspectis, sententia dicetur, quae forte ad quemdam crimine argendum utilis erit³.

(*Fig. cf. Mon.*, t. XLVII, 1.) Postremo, pace lectoris, fabula citetur erotica. Mulier, quae amphoram suam humi dejecit,

1. E. Lœwy, *op. cit.* p. 32. — De eadem fabula, cf. Hubert, *Dictionnaire des antiquités grecques et romaines*, s. v. *Magie*, p. 1515.

2. E. Lœwy, *op. cit.*, p. 33.

3. E. Lœwy, *op. cit.*, p. 34. De hac fabula et de ea quae fig. 13 picta est, cf. H. Hubert (*Dictionnaire des Antiquités*, p. 1515), qui eas magicas scenas dicit.

cum viro jam senescente de stupro queri videtur. Cum ille negat, dubiam et enervatam virilitatem suam esse affirmans jubet judex mulierem coram populo vires rei manu experiri. Et, dictum factum, res efficitur.

Has fabulas exponendo, sive docto Lœwy assensus sum, sive ab ejus opinione deflexi, errare sane vehementer potui. Nam, ut recte dixit Lœwy : « Interpretare simili rappresentanze uscenti del tutto dai tipi ordinari, è precisamente lo stesso, malgrado la manifesta determinatezza delle allusioni, che tradurre in parole brani d'una pantomima. Dovremo accontentarci d'aver imboccato alla meglio il significato generale, ed anche questo con larga venia di malintesi¹ ».

Quo modo hae fabulae ad Bocchorim nos reducant, nunc probandum erit.

VI. De qua re primum cum docto C. Robert, qui docte Lœwy opinioni nuper adversatus est, nobis disceptatio erit. Si docto Robert credideris, in pluribus his tabulis, etsi recte nonnullae ad popularia judicia spectare visae sunt, commenticias tamen fabulas, inter se junctas, potius quam varias causas forenses agnosces. Personam quoque, cui primae dantur partes, regiam dignitatem habere Robert denegat, quia et squalore et corporis mollitia (quae vero in nonnullis scenis apparent) regia dignitate indigna esse videatur².

Adde quod apud judicem adesse virum quemdam Robert notavit, qui, internuntii partes agens, judici consilium affert. Sic in judice erraticus quidam vir agnoscendus est qui, temere an casu, aut quadam sponsione, judicis partes sumpsit,

1. E. Lœwy, *op. cit.* p. 30.

2. C. Robert, *Illustrationen zu einem griechischen Roman* (*Hermes*, t. XXXVI, 1901, p. 364-68) : « Der König hat, wenn man es stark ausdrücken will, etwas Zeus artiges. Der Richter hingegen erscheint immer in mehr oder weniger salopper Haltung : einmal schlägt er das eine Bein über das andere, ein anders Mal faltet er die Hände über dem hochgezogenen Knie » (p. 366).

quem certe pravissime imitaretur, nisi ejus socius, litigantium sermones aut facta observando, causas perspexisset, et judicem subitum, quae respondere eum deceret, admonuisset. In his igitur tabulis mimici joci, non controversiae forenses, apud judicem facetum, non apud Bocchorim regem, depicta sunt¹. Postremo Robert miratur quod, in fabulis apud Aegyptios actis, vestibus Graecis induitae sint personae².

De rebus ipsis, quas tabulis suis effinxerunt artifices, nihil dicam quod docti Robert sententiae aduersetur : in rebus enim incertis omnibus omnia conjicere licet. Fabulas vero commenticias potius quam causas forenses depingi libenter concedam : quod autem mea referre minime videtur. Nonne in aliquot fabulis commenticiis si Plutarcho, Iamblichus, Clementi credideris, Bocchori praecipuae partes fuerunt? Mea contra maxime refert res in Aegypto et apud quemdam regem agi.

Recordandae igitur aliae tabulae, quae scenis de quibus disputatur, in romanae domi parietibus subjacent. Hic, ut jam supra dixi (cf. p. 84) locorum situs atque species, tauri sacri simulacrum clare atque evidenter Aegyptum, ejus campos, incolarumque mores commemorant. Sin autem ipsas

1. Robert, *loc. cit.*, p. 366 : « Nicht eine Sammlung von Rechtssprüchen wird illustriert, sondern ein Roman... »; p. 367 : « Und lässt sich nun der Inhalt dieses Romanes einigermaßen errathen?... Er ist ein Mann (der sogenannte König) gewöhnlichen Schlages, der nur zum Spass oder zur Probe mit dem Richteramt betraut ist, der aber durch den Mutterwitz seiner Sprüche die Weisheit der geschulten Richter in Schatten stellt. Er ist das allbekannte, oft wiederkehrende Novellenmotiv, das in Sancho Pansa auf Barataria seine glänzendste Verkörperung gefunden hat. Aber wir finden neben diesem Richter einen Gesellen und dürfen vielleicht weiter vermuten, dass dieser es ist, der seinem zu einer ungewohnten Würde erhöhten Kameraden die Weisheit suggeriert. Und irre ich nicht, so ist es eben dieser Geselle, der in der ersten Scene bei einem Gespräch der Götter ein unbemerkt Zuhörer ist und vielleicht daher seine Weisheit schöpft. »

2. Robert, *loc. cit.*, p. 367 : « Damit ist es (Romanmotiv) um Bokchoris freilich geschehen. Gegen diese Benennung des Richters bildet übrigens schon das griechische Idealcostüm eine Instanz, über die man sich allzuleicht hinweggesetzt hat.... »

res cum scenis Pompeianis quae certe ab Aegypto ortae sunt, comparabis, ex utraque parte nonnulla esse paria animadvertes. Nam in primis et in novis tabulis idem argumentum, quod vulgo « Salomonis judicium » dicitur, iterum notabis : puer enim de quo certatur, hic sub cultrum, illic in aquam, a judice dimittitur : quibus mutatis, non mutatur ipsa fabula. Nonne etiam tabula, in qua finguntur mulier et vir senescens, hanc eroticam fabulam, quam Plutarchus Clemensque de Bocchori rettulerunt, imitatur? Denique cum in aliis causis, etsi saepius eae ambiguæ sunt, cotidiana jurgia quae urbi rurique exoriri solent, agnoscere facile sit, jure docto Loewy concedi potest tabulas pictas fabulasque scriptas e communi fonte, id est e familiari Aegyptiorum vita, pariter fluxisse.

Nunc vero quantopere ad sententiam quam defendimus pertinere videatur, quod artifices in tabulis romanis non sine impudentia sordidatum judicem depingerent, examinemus. Diodoro auctore, appareat Bocchorim et « corpore infirmo ingenioque pecuniarum avidissimo¹ » fuisse : is ergo, et ridiculo corpore et habitu sordido aut recte aut falso notus, censuram aut risum posteris praebere potuit. Quin Bocchori nomen facetum « πανούργος » imposuit Diodorus¹ : non jam miraberis si non sine quadam irreverentia eum scriptores aut artifices fingere potuerint; eo quidem facilius quod in tabulis pom-

1. Diod., I, 94, 5 : « Λέγουσι δ' αὐτὸν ὑπάρχει τῷ μὲν σώματι παντελῶς ἀσθενῆ τῷ δὲ τρόπῳ πάντων φιλοχρηματώτατον. Adde quod Tnephachthus ipse, si Diodoro credideris, luxum damnasse dicitur cum in Arabiam exercitum duceret (I, 45) : Διὸ καὶ πολλαῖς ὕστερον γενεαῖς (post regem Menes) βασιλεύσαντα Τνέφαχθον τὸν Βοκχόριδος τοῦ σοφοῦ πατέρα λέγουσιν εἰς τὴν Ἀραβίαν στρατεύσαντα, τῶν ἐπιτυδείων αὐτὸν διὰ τε τὴν ἔρημιαν καὶ τὰς δυσχωρίας ἔκλιπόντων, ἀναγκασθῆναι μίαν ἡμέραν ἐνδεῆ γενόμενον χρήσασθαι διάτη παντελῶς εὔτελει παρὰ τισι τῶν τυχόντων ἴδιωτῶν, ἡσέντα δέ καθ' ὑπερβολὴν καταγνῶναι τῆς τρυφῆς, καὶ τῷ καταδέξαντι τὴν πολυτέλειαν ἐξ ἀρχῆς βασιλεὺς καταράσθαι· οὕτω δ' ἐγκάρδιον αὐτῷ τὴν μεταβολὴν γενέσθαι τὴν περὶ τὴν βρῶσιν καὶ πόσιν καὶ κοίτην, ὥστε τὴν κατάραν ἀναγράψαι τοῖς ιεροῖς γράμμασιν εἰς τὸ τοῦ Διὸς ναὸν ἐν Θήραις.... ».)

2. Diodor., I, 94, 5 : « Βόκχοριν τὸν βασιλέα σοφὸν τινα καὶ πανουργίᾳ διαφέροντα.... »

peianis mos erat pictoribus, humilia sequentibus, res series jocoso modo et deridiculo habitu tractare, cum, exempli causa, in Pygmaeos omnes personas converterent (cf. fig. 3, 6).

Ad personarum vestimenta denique transeamus. Facile vero intelligi potest artifices vestibus Alexandrinorum more confectis personas suas, quae in terra Aegyptiaca vivebant, induisse. Nam si romanis tabulas inspicies, eas vestes esse specie nova Romanisque ignota, videbis. Induunt enim feminae induculam quae super humeros fasciis duabus retinetur (cf. fig. 12) : hac autem veste Aegyptiacae mulieres inde antiquitus usae sunt¹. Cui induculae nostrarum fabularum personae adjiciunt palliolum circum lumbos contortum (cf. fig. 12, 15) cujus plurima exempla in monumentis Alexandrinis agnosces². Nunc virorum vestitum vide : alii pallium induunt (cf. fig. 4, 6, 8, etc.); plerique, alte succincti humeroque uno exerto (cf. fig. 5, 8, 9, 10, 11, 12, 14, 15) brevi amictu vestiuntur; ii autem mori Aegyptiaco et Alexandrino³, sicut in monumentis apparet, indulgent. Quae cum ita sint, comprobatur doctum Robert neque harum personarum vestitum « das griechische Idealcostüm » recte nominavisse, neque jure censuisse : « hier befinden wir uns in einer ganz idealen Welt, wie es sich für den Roman gehört⁴ ». Immo in patrium modum ornatae sunt personae, atque non

1. Cf. Maspero, *Histor.*, I, p. 57, 71; Erman, *Aegypten*, p. 294. Adde exempla quae nuper rettulerunt docti Lange et Schäfer, ap. *Catalogue général... du musée du Caire*, t. VII (1902) (*Grab und Denksteine des mittleren Reichs*, IV, taf. LXXXIV-V).

2. Cf. monumenta Alexandrina quae edidit Schreiber (*Die Alexandrinische Toreutik* ap. *Abhandlungen der phil. hist. Classe der Königl. Sächsischen Gesellsch. der Wissenschaft.*, t. XIV, 1894, p. 349, fig. 88; p. 350, fig. 89; p. 372, fig. 198; p. 374, fig. 111. Apud Lange et Schäfer (*Catalogue...* t. VII, taf. LXXXIV, fig. 433) vestis antiquae ejusdem modi exemplum invenies.

3. Cf. Maspero, *Histor.*, I, p. 55, 63; Schreiber, *loc. cit.*, p. 297, fig. 4; p. 298-99, fig. 7-13; p. 360, fig. 97; p. 372, fig. 108.

4. *Hermes*, XXXVI, p. 367.

aliter quam ipsa loca, ad Aegyptum inferiorem nos reducunt. Hae sunt ergo causae cur nobis placeat tabulas romanas in monumentorum numerum quae Aegyptii judicis cuiusdam, id est Bocchoris¹, famam testantur, reponere:

VII. Neque autem mirum nobis videatur quod « Salomonis judicium » aut ea fabula, quam gallico sermone « la cruche cassée » appellamus, etiam apud Aegyptios floruerint; satis enim Lumbroso atque Loewy probaverunt has fabulas quasi rei communis in omnibus terris vel aetatibus esse². Nunc vero quaerendum est an erga subjectos eodem modo, quo Bocchoris usus esse dicitur, Pharaones se gerere assueverint.

Apud omnes gentes, temporibus antiquis, potestas jus dicendi reges penes erat. Quo officio summa cum cura Pharaones quoque fungebantur adeo ut, ad deorum exemplum, nomine « miserorum judice » gloriarentur et se iis, qui de injuriis quaesti essent, magno auxilio fuisse in titulis publicis praedicarent³. Etenim si titulum quemdam regis Horemheb (XIX^{ae} dyn.) legeris, scies quomodo rex ipse iter per totam Aegyptum facere solitus erit, conventus agens ad quos plebeii et optimates magistratum aut privatorum nomina, qui se inique gessissent, deferre possent. Rex enim, sive cum postulantes orantesque ipse audiisset, sive rogationem scriptam cum accepisset, ad publicos judices causam rejiciebat⁴. Quin, a temporibus antiquissimis, mandata viris quibusdam data sunt, qui tanquam « appellationibus praepositi » (*mer sheni-*

1. Cf. Iamblich. (ed. Didot, p. 517) : « Βόχορος ὁ κρίνων ἦν, κριτῶν κατ' ἔκεινους κατροὺς ἄριστος. » (Vide supra p. 54.)

2. Cf. Lœwy, *op. cit.*, p. 36-38, qui plurima exempla, quorum nonnulla a docto Lumbroso jam edita, in lucem protulit.

3. De his, cf. exempla in opusculo meo relata « *L'appel au roi en Égypte au temps des Pharaons et des Ptolémées* » (*Actes du X^e Congrès des Orientalistes*, 1894, p. 141-65).

4. Regis Horemheb titulum ipsum repertus ap. *Recueil*, 1885, p. 41; cf. quae de hoc scripserunt Max Muller ap. *Zeitschrift*, 1888, p. 70, atque Revillout (*Revue Egyptologique*, t. VIII, p. 117).

tou) de questibus cognoscerent, et in regis nomine, extra solita judicia, responsa darent¹. Nonnulli vero servati sunt libelli ab iis scripti qui rogationem fecerant, et interdum quae responderit rex non ignoramus². Sequitur ut neque contra rerum veritatem neque contra morum consuetudinem hoc repugnet quod uniuscujusque querimonias audierit Bocchoris ipse et sententias ore suo dixerit.

Haec autem omnia Graecis aut Romanis, qui in primo aevi nostri saeculo vivebant, notissima erant. Nam Ptolemaei, a quibus Caesares nonnulla mutuati sunt, Pharaonum exemplo in jure omnibus dicendo studii plurimum consumebant. Etenim si credideris Aristaeo, cui Ptolemaei reges recti exempli esse videbantur, qui in Bocchoris locum successerant, causas ipsi judicabant rogationibusque responsa dabant³. Postulatores ergo cotidie e tota Aegypto ad regis audienciam confluabant, qui in regis vel ministrorum ejus manum libellos deponerent adeo ut magistratus « audiendiis praepositos » χρηματιστὰς instituere opus fuisset. In titulis aut chartis papyraceis nonnullas rogationes invenimus, quibus interdum responsa a rege edicta adscripta sunt. Constat autem haec magnam apud Romanos famam habuisse : immo non absurdum est existimare imperatores qui « appellations ad principem » Romam importaverunt, Pharaonum et praesertim nostri Bocchoris vestigia secutos esse⁴.

VIII. Haud dubium est quin harum consuetudinum meminerint ii qui de Bocchoris justitia fabulas produxerunt. Cum in jure dicendo Pharaones simplicitate maxima uterentur

1. A. Moret, *Une fonction judiciaire de la XII^e Dynastie et les Chrétianistes ptolémaïques*, ap. *Recueil*, t. XVII, p. 44-49.

2. A. Moret, *L'appel au roi*, loc. cit., p. 145-146.

3. Aristaeus, *Epistola ad Philocratem* (ed. Schmidt, p. 66). Cf. Lumbruso, *Recherches sur l'Économie politique de l'Égypte sous les Lagides*, p. 181-188.

4. *L'appel au roi*, loc. cit., p. 157-158.

neque a calliditate ingenii quadam dissiderent, Bocchori quoque easdem virtutes liberaliter fama tribuit.

Exempli causa, fabula perantiqua traditur miserum quemdam agricolam, in quem nebulo insidias fecerat, a Pharaone omni molestia liberatum esse. Nebulo enim, cum in viam, super quam vestes suas extenderat, agricultae asellum adduxisset, pro vestis pollutae detimento pensationem vi deposcebat. Causa autem ad regem vocata, tum Pharao suum cuique tribuit, ideoque a misero laudatus est¹. In hunc modum Romae depictum esse vidimus rusticum a nebulone vexatum, qui ad judicem, capellam suam recuperandi causa, venit, ita ut, temporibus longe inter se distantibus, similibus fabulis materiam praebuerint eadem jus dicendi rationes.

Quod vero ad leges a regibus prolatas refert, Diodorum legenti apparent exempla nonnulla « horum tam alienorum ab aliorum usu et mirabilium sancitorum² ». Sic, non sine admiratione quadam, referuntur singulares leges de latronibus, quibus certum vitae genus Aegyptiorum reges constituerant, aut de medicis capite damnatis si, invita doctrina, curationem praescripsissent³, aut de matrimoniis, in quibus, ex tabulis sponsalibus imperium in virum uxori assignarentur⁴. Hanc quoque insolitam legem Diodorus expressis verbis citavit : « Si quis in via hominem interfici aut quamlibet vim sustinere videns, cum posset, non vindicasset, capitali supplicio obnoxius erat. Sin quis, revera, opem ferre per infirmitatem non potuisse, indicare tamen latrones et actione scelus persequi tenebatur : hoc negligenti, plague certo numero inflictae et triduo cibis interdictum⁵. » Admiratione

1. Cf. Maspero, *Les contes populaires de l'Égypte ancienne*, p. 39 sqq., « *Histoire d'un paysan (XIII^e Dynastie)* ».

2. Diodor., I, 94 : « ... Νομοθετῶν κατ' Αἴγυπτον τῶν οὕτως ἐξηλαγμένα καὶ παράδοξα νόμιμα καταδειξάντων. »

3. Diodor., I, 80.

4. *Ibid.*, I, 82.

5. *Ibid.*, I, 27.

etiam digna lex de parentibus qui suos occiderint liberos : « Quae culpa non capitalis erat, sed tres dies atque noctes in complexu occisi perdurare, custodia assidente publica, parentes cogebantur¹ ». Vide denique leges de adulteris², de desertoribus³, de feminis praegnantibus⁴, de perjuriis⁵, et praecipue de iis qui monetas adulterarent⁶ : in his omnibus casibus, dicebant omnia haec paenarum genera, ex eadem origine orta, ad eumdem finem pertinere, ut « qua quisque corporis parte in legem peccasset, hac ad finem usque irreparabili cum damno et ipse culpam lueret et alios poena commonefactos a facinore deterreret⁷ ». Postquam has leges Diodorus rettulit, finem facit his verbis : « Judiciis vero diligentiam non vulgarem adhibent (Pharaones) : quod sententias pro tribunali pronuntiatas maximum vitae communis momentum afferre censem⁸. » Eadem de Bocchori sentiebant Graeci aut Romani quorum testimonia jam audivimus⁹.

IX. Nunc de Bocchori legislatore pauca dicamus, ut, quem-

1. I, 77, 7.

2. I, 78, 4.

3. I, 78, 1.

4. I, 79, 9-10.

5. I, 77, 2.

6. I, 78, 3.

7. I, 78, 3. Similiter in fabula erotica senex culpam luere, qua corporis parte peccasset, videtur (cf. p. 66).

8. I, 75, 1.

9. Adde quod, auctore Diodoro, non solum legum humanarum verecumdam Aegyptii habebant sed etiam apud eos post mortem, omnes homines, antequam eorum corpora ad sepulturam dabantur, in judicium erant vocati (I, 92, 4-5). Quanquam in hoc scimus Diodorum tam vehementer erravisse ut pro vero judicio causam haberet quam in inferis admodum apud Osiridem agi Aegyptii putabant, haec tamen quamvis falsa Diodori opinio certiores nos facit quantam auctoritatem commenticiis fabulis de Aegyptiorum moribus scriptores Graeci tribuere assueverint et quibus artibus falsa veris mixuerint, nimia omnis rei inauditae admiratione obcaecati.

admodum harum Aegyptiorum legum particeps Bocchoris fuerit, discernere conemur.

Non solum ut judicem praestantissimum Diodorus Bocchorim habet, verum etiam eum inter illos sex legislatores, quibus Aegyptii gloriantur, numerat; immo Bocchori gravissimas leges adscribit. Eusebius Armenius Bocchoris legislatoris famam quoque testatur his verbis : « A. 1239 Bocchoris Aegyptiis leges ferebat¹. » Qua de re, quae testimonia nobis tituli aut chartae papyraceae reliquerint, indagandum.

Primum, Diodoro auctore, Bocchoris, qui « quartus legislatorum nominatur ab Aegyptiis ..., omnia quae ad reges spectant constituit². » Quid autem haec verba sibi velint me nescire fateor : nam MMM annorum ante Bocchorim certis legibus Pharaones Aegyptum regebant et, quid esset sibi jus aut officium, jam optime scire videbantur. Sed, nisi fallor, haec verba nihil quod definitum sit habent.

Haec deinde apud Diodorum sequuntur : « et accuratiorem contractibus modum praescripsit³. » De quo in alio loco plura Diodorus scripsit : « Leges de contractibus a Bocchori latus asserunt. His mandatur ut si quis, pecuniis mutuo acceptis absque syngrapho se debere neget, interposito juramento, a debito absolvatur... Hos autem, qui syngraphis ad foenus utebantur, ultra duplum per usuram augere sortem yetabat. Et usuras de facultatibus dumtaxat obaeratorum exigere, sed corpus in nexum ducere nullo modo concedebat : bona illorum arbitratus esse, qui vel labore comparassent, vel per donationem a possessore legitimo accepissent, sed corpora civitatibus deberi, quibus ad congrua belli pacisque munia utantur...⁴ »

1. Ed. Aucher, II, p. 171.

2. I, 94, 5 : « Τέταρτον δέ φασι γενέσθαι νομοθέτην Βόκχοριν τὸν βασιλέα τοῦτον δύν διατάξαι τὰ περὶ τοὺς βασιλεῖς ἀπαντα. »

3. I, 94, 5 : « Τούτον ... καὶ τὰ περὶ τῶν συμβολαίων ἔξαχριθῶσαι. »

4. I, 79, 1-3 : « Τοὺς δὲ περὶ τῶν συμβολαίων νόμους Βοκχόριδος εἶναι φασι · προστάττουσι δὲ τοὺς μὲν ἀσύγγραφα δανεισαμένους, ἐν μὴ φάσκωσιν ὅφειλεν, ὁμό-

Si Diodori verba accurate observabis, haec animadvertes quae sequuntur.

1° Bocchoris syngrapharum usui inter Aegyptios, testimonia prohibendo cum scripta deessent, favit. Cuilibet autem reo, scriptis deficientibus, in lite innocentiam suam sacramento purgare licuit. Quam ob rem expedit omnibus pactionem nullam, nisi per syngrapham facere¹. Inde ortae sunt certae leges, quas de syngraphis dedisse Bocchoris habitus est.

Harum quidem legum nulla nobis exstat. At de sacramento lex, si docto Revillout credideris, his temporibus quae Bocchoris mortem secuta sunt, e consuetudine apud Aegyptios erat.

« Cette loi de Bocchoris (de sacramento) est attestée depuis ce moment par une multitude de documents originaux et en particulier par des milliers de serments décisoires écrits sur papyrus ou sur fragments de poterie. Nous y voyons qu'elle était beaucoup plus large que l'historien grec ne le prétendait. Elle s'appliquait, non seulement à la négation des dettes, mais à la négation de tous les crimes et délits, dont on n'avait ni preuves écrites ni preuves testimoniales. Toujours en pareil cas c'était l'accusé qui décidait de son sort par serment². »

Animadvertemus tamen, nullum testimonium a docto Revillout allatum esse quod temporibus Bocchoris ipsius referendum sit. Non enim adhuc inventa sunt, quod sciam, sacramenta quae ante Epiphanis aetatem scripta sint³.

2° At id magnopere nostra refert Bocchorim syngrapharum usui favisse. Nam ii tantum inter se pactiones faciunt quibus

σαντας ἀπολύεσθαι τοῦ δανείου. Τοὺς δὲ μετὰ συγγραφῆς δανείσαντας ἐκώλυσ διὰ τοῦ τόχου τὸ κεφάλαιον πλεῖον ποιεῖν η̄ διπλάσιον. Τῶν δὲ ὄφειλόντων τὴν ἔκπραξιν τῶν δανείων ἐκ τῆς οὐσίας μόνον ἐποιήσατο, τὸ δὲ σῶμα κατ' οὐδένα τρόπον εἴασεν ὑπάρχειν ἀγώγιμον... »

1. Cf. Revillout, *Les rapports historiques et légaux des Quirites et des Égyptiens*, p. 43.

2. Revillout, *loc. cit.*, p. 43.

3. Revillout, *Revue Egyptologique*, I, p. 180, II, p. 15, 72.

agros aut res sive mobiles sive soli emere, vendere aut locare jus fasque est. Sed in Aegyptiorum monumentis usque ad Bocchoris aetatem, neque hominum privatorum mentio est, quorum in mancípio Aegypti fundi sint, neque syngrapharum inter privatos de agrorum alienatione. Nam ut nos docuerunt docti viri Lumbroso, Revillout, Maspero, cum in possessione Pharaonis unius omnes fundi tunc essent, cum autem rex jam inde antiquitus, deos honorandi causa, sacerdotibus praedia in perpetuum dedit, hos agros qui, Ptolemaei regnantibus, βασιλικὴ γῆ vel ἱερὰ γῆ nominabantur, rex sacerdotesque agricolis humili statu locabant. Quibus vitam in praediis peragere vel liberis eorum locationem tradere licebat, non tamen agros emere neque vendere¹.

At quoniam, temporibus illis quibus florebat Bocchoris nomen, primae chartae papyraceae in lingua vulgari, seu demoticis litteris scriptae, effossae sunt, quae ad fundorum alienationes inter privatos pertinebant, sequitur certe ut eodem tempore jus emendi vendendique agros et syngraphas scribendi facultatem agricolis rex et sacerdotes concesserint. Non dubitat doctus Revillout quin tantae rerum renovationis Bocchoris beneficium assignandum sit cum Diodorus scripserit : « Bocchoris accuratiorem modum contractibus praescripsit », hisque argumentis sententiam suam defendit Revillout : « Quelle fut vraiment la portée et l'esprit du code des contrats dont celui-ci (Bocchoris) fut l'auteur?... Sans déposer absolument les classes nobles,... le réformateur établit juridiquement en dessous d'elles les droits des castes inférieures sur le sol cultivé par elles... Désormais les tenanciers purent acter absolument comme les nobles sur les terres détenues par eux et que posséderent toujours en domaine

1. De terrarum agricolarumque condicione apud Aegyptios, cf. Lumbroso, *Recherches sur l'économie politique de l'Égypte*, p. 89 sqq.; Revillout, *Précis du droit égyptien*, Pars I, « *État des Biens.* » Excerpta novumque titulum reperies in meo opusculo : *Un procès de famille sous la XIX^e Dynastie* (ap. *Zeitschrift*, XXXIX, p. 11-39).

éminent les prêtres et les soldats. De là vint même la nécessité d'écrire la langue populaire, le démotique, dont le premier document est un contrat daté de Bocchoris (de hoc, vide p. 22-23) et que possède le Musée du Louvre. A partir de là ces contrats démotiques rédigés par les gens du commun ne cessèrent plus, et ils remplissent nos collections publiques. Sans cesse nous y voyons céder des terres qui ne cessent pourtant pas de faire partie du *neter hotep* (id est *ιερὰ γῆ*) de tel temple...¹ »

Quae tamen contra docti Revillout sententiam dicere liceat jam supra scripsimus (cf. p. 22). Titulus enim primus ille, quo novus rerum status designatus est, non Bocchoris ipsius regno tribuendus esse videtur. Cum non negam Diodori verba satis valere, quia plus mille chartae a privatis scriptae novam agrorum condicionem post Bocchoris aetatem testantur, de facto non constat ut Bocchoris ipse agros Aegyptiorum legibus novis liberaverit.

3° Superest ut pauca dicamus de debitorum compulsione et de usura a Bocchori refrenata. Quanquam fatetur Revillout legem de usura, etsi in Ptolemaeorum temporibus² saepissime ea in usu est, non in monumenta quae Bocchori referre liceat designari³, certas tamen ob causas eidem regi et agrorum mutationem et de usura legem Diodorus videtur tribuisse; nam, Revillout auctore, hæ leges inter se necessario conjunctæ sunt : « Cette disposition légale se liait intimement à celle par laquelle Bocchoris attribua la terre aux occu-

1. Revillout, *Précis du droit égyptien*, p. 206.

2. Cf. *Revue Egyptologique*, II, p. 142, *La loi de Bocchoris et l'intérêt à 30 0/0.*

3. Revillout, *Les rapports historiques et légaux...* p. 45 : « La loi de Bocchoris (*de usura*) fut abolie par Amasis... elle fut de nouveau rétablie plus tard sous Mautrût..., quand les Égyptiens luttaient ensemble contre Artaxercès. Depuis ce moment — les contrats le prouvent également — son exécution ne souffrit aucune interruption ni aucune exception dans le droit classique de la vallée du Nil. »

pants, aux possesseurs, aux paysans chargés de le cultiver... Bocchoris avait voulu surtout faire un code commercial, et, dans ce but, il avait tout d'abord réglé le régime des dettes. Mais les dettes voulant des garanties... il leur refusait pour garantie la personne des débiteurs. Ne fallait-il pas dès lors leur abandonner leurs biens actuels, c'est-à-dire, selon l'expression de Diodore, « ceux qu'ils avaient gagnés par leur travail ou acquis par donation du légitime possesseur », *ἐκ τοῦ κυρίου*. Κύριος d'un domaine! Le paysan ne l'était pas!... Comment aurait-il pu disposer par contrat de quelque chose?... (Bocchoris) permit donc au *nemhi* (id est agricola) d'acter sur son champ et d'en disposer à titre définitif¹. »

Sequitur ut leges a Diodoro relatas ad rerum veritatem respondere et in unum coire satis probatum sit; sed an ipsi Bocchori ea tribuenda sint, tota ipsa quaestio est : omnia haec in incerto esse fatebor, cum omnes tituli, quos testes citare licet, ab aetate Bocchoris satis distent. Constat autem hanc rerum mutationem, qua VIII aut VII saeculo agrorum status funditus mutatus est, seu recte sive injuria Bocchori soli a posteris tributam esse.

Hanc autem eamdemque famam, quam Diodorus jam accep-
perat, eam nobis tradidit. Hoc vero quoque animadvertemus : si Bocchorim legum auctorem teneamus per quas tanta de-
templorum fundis deminutione afflicti sunt sacerdotes, id
clarum sit eur tali odio Shabaco, sacerdotibus Ammonis genere
affinis, Bocchorim persecutus sit. Deinde consentaneum est

1. Si Diodoro credideris, legem de usura et debitorum compulsione. Athenas Solon importavit : « Δοκεῖ δὲ καὶ τοῦτον τὸν νόμον ὁ Σόλων εἰς τὰς Ἀθήνας μετενεγκεῖν, ὃν ὀνόμασε σεισάχθειαν, ἀπολύτας τοὺς πολίτας ἀπαντες τῶν ἐπὶ τοῖς σώμασι πεπιστευμένων δανείων » (I, 79, 4; *De seisachtheia*, cf. Aristotel. *Πολιτεία* Ἀθηναῖων, ed. Kaibel-Wilamowitz, § VI). De Diodori sententia, an recta sit necne, non est hic disputandum. Sed quia Diodorus Bocchorim et Solonem comparabat, ita quantum temporibus Augusti Bocchoris laudem assecutus sit comprobatur. Herodoto auctore, Solon dicitur leges et ab Amasi acceptas Atheniensibus tulisse (II, 177).

Bocchorim, ut rerum novarum fautorem, summa justitiae fama apud plebeculam fruitum esse¹. Quis tunc miretur tot rebus mirabilibus Bocchoris memoriam consecratam esse? Quae de Bocchori dicebantur mirabilia cum ejus mirabili fortuna, si narratoribus credideris, congruebant.

1. Apud sacerdotes contra, Bocchoris deorum contemptor habitus est (cf. p. 24). De Shabacone, sacerdotum ultiore, Diodorus refert « illum deorum cultu et benignitate antecessoribus cunctis superiorem fuisse » (I, 65). Cf. Herodot. II, 139.

CAPVT IV

Conclusio.

I. Quid veri de Bocchori rege nos docuerint monumenta. — II. Quomodo Bocchori devicto multa fabulosa a scriptoribus tributa sint. — III. De fabulis quae et de Bocchori, necnon de aliis regibus ab Aegypti hostibus oppressis, prolatae sunt. — IV. Quo tempore his fabulis speciem perfectam deditse vulgus videatur. — V. Quam Bocchoris, apud Diodorum et ineunte aetate nostra, novam speciem inveniamus. — VI. Conclusio.

I. Nunc quae de Bocchori nos docuerint monumenta, scriptores aut fabulae, in paucis conferamus.

Bocchoris, XXIV^{ae} dyn. conditor, postremus Pharaonum indigetum fuisse ab Aegyptiis habitus est. Quo defuncto, in praedam Aethiopum, Assyriorum, emptivorum Graecorum, Persarum, Macedonum, denique Romanorum, cessit Aegyptus. Bocchoridis patri, Tnephachtho adfuerunt jam res secundae; qui, suae fortunae auctor, adversus Taniticos reges et formidabiles Aethiopes vicissim mala et bona aequo accipiens animo, ex humili ortu ad summos ascendit honores, regiumque nomen Bocchori filio tradidit (a. 722). Hic autem, aetatis suae nulli gloria secundus, attonitos aequales posterosque habuit rebus et prosperis et afflictis. Nam, cum Aegypto inferiori praeesset, Aethiopibus data fide neglecta, Assyriosque aggredi ausus esset, vires suas ad Raphiam (a. 720/19) fregit. Shabaco autem, Aethiopum rex, tum operis facilitate inductus, cum injuria erga sacerdotes Bocchoris legibus laesos perse-

cutus, in Bocchorim irruit, quem aetate florentem suppicio excruciatum necavit (a. 716).

Ex ea necopinata fortuna morteque atroci Bocchoris famae principia orta sunt. Nam nihil aliud certi de Bocchori novimus quam ea de ejus vita morteque obscure et breviter dicta; reliqua omnia fabulae sunt, atque eae pro temporibus variae.

II. Etenim mox de Bocchori commenticia dicta per hominum ora volitaverunt. Apud Herodotum, qui circiter CCLXXX annis post Bocchorim mortuum Aegyptiorum traditiones accepit, eum ut Shabaconis adversarium certe non invenieris, sed Anysim quemdam e manibus hostium ereptum, exsulem primo, deinde victorem¹, qui temporibus remotissimis factae personae partes jam egit. Manetho autem, cum CL annis circiter post Herodotum scribebat, Anysis fabulam omisit aut nihil de ea dixit quod memoria dignum ab excerptoribus Africano aut Eusebio habitum esset. Novam vero de Bocchori commemorationem Manethoni debemus: qui agni fabulam rettulit, cuius voce monitus est Bocchoris ut mortem et Aegypti calamitates caveret. Itaque Manethonis aetate atque Herodoti temporibus aliam speciem Bocchori fama praebebat. Non jam regem a morte revocatum et L annis Aegyptiorum pietate nutritum, in extrema autem vita hostium victorem, Manetho cognovit, sed illum principem miserum, qui Pharaonum indigetum ultimus, patriae a barbaris domitae, cum paucos annos regnaret, poenas luit. Sic apud Herodotum de Bocchori quae vulgo placebant, apud Manethonem quae (et sane veri magis propria) sacerdotes docebant, inveniuntur: unde fit ut traditiones adeo dissimiles sint.

III. Quanquam, utraque traditione ad eamdem opinionem ducimur, quod Bocchoris ab Asiaticisque Aethiopibusque

1. Quinquaginta annos exsul fuit Anysis (Herodot., II, 139-140). Quam traditionem aequum est comparari cum dictis eorum, qui haud verisimili modo regnum quadraginta et quattuor annorum Bocchori tribuunt.

victus, vir fortunae singularis et maxime ad patriam pertinentis habitus est, cui multa et fabulosa tributa sunt. Quae, ut jam supra in annotationibus dixi, animadvertisendum est, quantum certe ad speciem ipsam et formam earum fabularum pertinet addita esse nonnullis quoque Pharaonibus sub quorum imperiis exterorum populorum irruptiones factae sunt.

Ut enim Bocchoris ab agno sacro mala accepit quae sibi et Aegypto incubitura essent, ita vulgaribus fabulis nobis memorantur similes vaticinationes et de rege Amenophi, cum fierent Pastorum irruptiones¹, et de Amasi², et de Nectanebo II³, cum fieret prima, Cambyses duce, et postrema, Occho duce, Persarum irruptio in Aegyptum.

Ut autem Bocchoris vivus crematus esse dicitur ab Shabacone qui ex Aethiopia Aegyptum vi captum venit, ita Herodotus et Diodorus dicunt a Cambyses igni deditum esse Amasis corpus⁴; ita, Amenophi rege, exteri traduntur sacra animalia frixisse⁵; ita et Artaxerxes Occhus habetur excoriavisse et coxisse taurum Apim et hircum Mendesium⁶.

1. Cf. *supra*, p. 47, n. 2. Cujus fabulae traditiones duas servatae sunt, et a Manethone (*ap.* Josephum, *C. Apionem* I, 26-27) et charta papyracea graeca de regis Amenophis figulo, quae, II aut III saeculo p. Ch., certe de antiquiore aegyptiaca charta conversa est (Wilcken, *ap. Aegyptiaca*, *Festschrift für G. Ebers*, p. 146-152. Cf. Maspero, *J. des Savants*, 1897, p. 737). Animadvertisendum est regis Amenophis vaticinatorem (id est figulum) et Bocchoris agnum subito mortuos esse post vaticinationem factam; cf. *supra*, p. 37, n. 2.

2. Herodot., III, 16, 5.

3. Cf. *supra*, p. 42, n. 3. Ejusdem fabulae traditiones duas habemus et ap. chartam papyraceam graecam (de charta aegyptiaca certe conversam) quam edidit Leemans (*Papyri Graeci Musaei... Lugduni Batavi*, 1838, p. 122-129; cf. Maspero, *Les contes populaires...* p. 309 sqq.) et ap. Michaelis Syrii *Chronicum* (ed. Chabot, I, p. 112). Hujus Michaelis loci amico meo I. Lévy beneficium debeo.

4. Sec. Herodot. (III, 16) et Diodorum *fragm.* ad lib. X, ed. Didot, p. 345. Cf. *supra* p. 37, n. 2.

5. Joseph. *C. Apionem*, I, 26 (249).

6. Cf. *supra*, p. 21, n. 2. Vide Maspero, *Histor.*, III, p. 668.

Ut etiam Bocchoris impietas erga taurum Mnevim dicitur fuisse una ex causis ultimae ruinae (quanquam per Serapei monumenta scimus Bocchorim contra taurorum Apium cultum restituisse), ita iis, qui ex Aegypto Amenophim et Nectanebum II expulerunt, fabulis tribuuntur eadem scelera, de quibus modo locuti sumus, adversus sacra animalia. Quod autem, partibus miro modo mutatis, Bocchoris habetur Mnevim interfecisse pro loco Shabaconis ereptoris¹, licet explicare ex eo quod Aethiopum reges, pontificum Ammonis heredes et socii, impietatis accusationem effuderant adversus regem Saïticum, perjurum et sacerdotum inimicum.

Denique, ut Asiaticos ereptores, qui post Raphiae cladem Bocchori instarent, agnus praedicebat potituros statuis deorum Aegyptiorum et in Asiam eas ablatus esse, ita, Amenophi rege, deorum statuas nobis narratur truncatas esse², atque Cambyses³ et, post Nectanebi II fugam, Artaxerxem Occhum Aegypti templa violavisse scimus⁴. At Bocchoris fabula prae-dicitur etiam fortunatum tempus, quando dei ad Aegyptum denuo iter facient⁵.

Ex quibus rebus quid inferendum, nisi ut ex exterorum irruptionibus in Aegypto natae essent fabulae, quibus praecipue narrabantur malorum patriae vaticinatio, rex igni crematus, scelera adversus animalia sacra, statuae deorum ereptae. Quae Aegyptii tribuerunt, sive recte sive non recte, regibus a populis exteris oppressis, Amenophi, Bocchori, Nectanebo. Quae quidem inter Bocchoris fabulam invenimus, ubi nihil aliud quam loci communes sunt, neque vere facta aut Bocchoris propria eis significantur.

1. Vide *supra*, p. 21.

2. Joseph., *C. Apionem*, I, 26 (249).

3. Herodot., III, 25; Diodor., I, 46, 4; *fragm. ad lib. X* (ed. Didot, p. 345). Cf. Maspero, *Histor.*, III, p. 668.

4. Diod., XVI, 51; cf. Maspero, *Histor.*, III, p. 773.

5. Fabula de regis Amenophis figulo etiam fortunatum tempus in futurum praenuntiat. (Cf. Maspero, *J. des Savants*, 1897, p. 728.)

IV. Fabulam de Bocchori paulo ante Manethonis aetatem natani esse jam supra statuimus; nam Herodotus eam nescit et Manetho contra agni fabulam refert, quae, sicut docet papyrus aegyptiacus, et vaticinationem, et regis malam fortunam, et statuarum raptum in Aegyptumque redditum tenet. Doctus Maspero autem sagaciter animadvertisit¹ pleraque regis Amenophis fabulae (quacum Bocchoris fabulam supra comparavi) ducta esse ex vexationibus ab Artaxerxe Occho adversus Nectanebi II subjectos factis. Quae interpretatio mox perfectius demonstrabitur a docto Isidore Lévy, qui accurata disquisitione factorum quae ad Amenophis, Bocchoris, Nectanebi II fabulas communiter pertinent, ostendet Nectanebo rege omnia haec narrata revera exstisset; igitur post Nectanebum victum (circiter a. 340) vulgus iis fabulis speciem perfectam dedit videtur². Unde et Manetho fabulam novisse potuit quae non solum Nectanebo II addita est, sed dum ad anteriorem aetatem itur, Bocchori ab Asiaticorum et Aethiopum irruptionibus oppresso et Amenophi a Pastoribus obtrito. Haec explicatio, ad quam accurate exquirendam comparaveris studium a docto Levy promissum, valet ad explanandum quo-

1. Maspero, *Histor.*, II, p. 449, n. 2; III, p. 668, n. 3; p. 773, n. 3; *Journal des Savants*, 1897, p. 727, n. 1.

2. Ex epistula quam nuper de his rebus amicus I. Lévy ad me misit, sequentia excerpto : « On peut reconstituer, par la comparaison des fragments des papyrus du Potier, de l'Agneau et de Pétasis, le document primitif dont procèdent dans des sens opposés le récit de Manéthon et l'histoire de Nectanebo du Pseudo-Callisthène. Ce document primitif a été une Apocalypse composée, au moment de l'exil du pharaon Nectanebo, en Éthiopie par un partisan de la royauté légitime, qui a mis en scène un devin prophétisant les violences dont les Perses s'étaient en effet rendus coupables, mais annonçant pour un prochain avenir le retour du maître fugitif. Aménophis et Bocchoris ne sont donc que des substituts de Nectanebo II, et ce n'est qu'à une époque notablement postérieure aux événements, quand on eut perdu la notion de l'histoire du IV^e siècle, qu'on considéra ces deux rois comme ayant réellement eu à pâter d'une invasion asiatique. » Studium autem a docto Lévy de his rebus promissum inscribitur : « *Les Juifs dans la littérature alexandrine* — thèse de l'École pratique des Hautes-Études. »

modo Bocchoris, eisdem fabulis praeditus quibus Amenophis, etiam Exodi et aequalis et unus ex molitoribus fieri potuerit.

V. Primum autem a. Ch. saeculum adeuntes, apud Diodorum et aliam Bocchoris speciem invenimus cuius vis etiam latius patet. Non jam Bocchoris fama fruitur quam ei praebuerint aut fortuna singularis aut inexpabilis mors, at, iudicio firmus, mente peracutus, bonorum artium artifex, leges quam maxime optimas pro plebecula reddit. Bocchoris ille, ut contractibus accuratiorem modum praescripsisse dicitur, ita pecuniae cupidus, versutus, debilique corpore habetur. Procul jam abest ut adversus Aethiopes aut Assyrios vir bello non impar sit; invenies contra Bocchorim esse perfectum illum regem : qui et corporis et animi natura ad pacem quam ad arma pronior est, et, pacis artibus quam militiae clarior, negotiis tantum et justitiae operam dat. Sic apud Diodorum, proprium aliquod aut peculiare non jam Bocchoris habet : nam fere eadem de unoquoque Pharaone illustri in Diodori libris invenies.

Recte nos docuit Maspero, cum de Sesostri loqueretur, cur hac ratione de Aegyptiorum regibus Diodorus scriberet : « L'idée même qui a présidé à la composition du récit est égyptienne, mais c'est une idée générale qu'on pouvait concevoir de tous les Pharaons... et la part de l'imagination chez l'écrivain a été de l'appliquer à Sésostris. Les additions et les corrections que Diodore, ou mieux ses garants¹ avaient apportées au texte d'Hérodote sont toutes du même genre : elles ne sont jamais assez caractéristiques pour qu'on puisse les appli-

1. Scriptorum Græcorum, qui Diodoro scribendi materiam dederant, in numerum, Herodoto omisso, Hecataeum Abderitanum et Agatharchidem Cnidium et Artemidorem Ephesium reponere licet. Hos apud auctores historiam Aegypti nihil aliud quam fabulas fieri constat. Non jam illi viros et vita et variis fortunis diversos effinxerunt, sed reges sine delectu permixtos quibus nulla aetas propria neque certa facta attributa sunt. Cf. Fr. von Bissing, *Der Bericht des Diodors über die Pyramiden* (1901).

quer en propre à tel ou tel des souverains nationaux¹. » Similiter de Bocchori nihil certi dicit Diodorus, sed illum inter sex Aegyptiorum illustrissimos legislatores numerat.

At aetate posteriore, scriptorum Graecorum testimonio, magis magisque illum Bocchorim, quem revera imperii cupidum et felici ingenio magis quam fortuna usum novimus, auctores prudentem in judiciis, acutum in legibus ferendis, memorant. Apud omnes fere gentes quae vicinitatis conjunctiones cum Aegypti inferioris urbibus habuerunt, Saïtici iudicis fama divulgatur. Cum Plutarchus, Iamblichus, Clemens Alexandrinus, Bocchori ingenii acumen laudi darent, Romae aut Pompeiis idem de tribunal ius dicens in tabulis effingitur; ita ut Bocchoris fama, uniuscujusque gentis auribus accommodata, totam terram percurreret, atque, si Zenobio Suidaeque credideris, quoad litterae antiquae floruerunt, vigeret.

Ceterum sub illa periti, jocos, cultu victuque modici judicis specie, Pharaonem ipsum agnosces. Testem habemus hanc ultimam fabellam : in libro « de vitioso pudore » rettulit Plutarchus « quod, cum Bocchoris natura rigidus esset, Isis aspidem immittere solita fuerit, quae ejus capiti circumvoluta, superne eum inumbraret ut judicaret juste² ». Haec aspis nihil aliud est quam Uraeus sacra qua cujusque Pharaonis caput cingitur. Itaque apud Graecos scriptores, et similiter apud domorum pictores, non sane verum Bocchorim invenies sed Pharaonem, deorum filium, judicem ad aequum servandum spiritu quasi divino tactum, cuius ad exemplum res humanas gerere imperatores Romani non despexerunt.

V1. Hoc autem modo regi Bocchori species quam maxime varia per saecula data est. Nam cum verus Bocchoris de me-

1. *Journal des Savants*, Nov. 1901, p. 677.

2. Plutarch., *De vitioso pudore*, 3 (ed. Didot, *Moralia*, I, p. 641) : « Τῷ μὲν γὰρ Αἰγυπτιῷ Βοχόριδι, φύσει χαλεπῷ γενομένῳ, τὴν ἀσπίδα λέγουσιν ὅπὸ τῆς Ἰσιδος ἐπιπεμφθεῖσαν, καὶ τῇ κεφαλῇ περιελιχθεῖσαν, ἄνωθεν ἐπισκιάζειν, ἵνα κρίνῃ δικαιώσει.

moria hominum mox excederet, pro tempore idem regis cuiusdam miseri, deinde judicis sapientis, denique optimi legum latoris, eminentem effigiem praebuit. Sic Saïticus princeps humili loco natus necnon vitam periculorum plenissimam sortitus, Pharao illustrissimorum regum aemulus, aetate et fortuna, vita morteque fabulosus factus est.

Ex eo quod narrata tam varie mutata sunt, haec fabulosa historia nostro studio digna fit. Nam et Aegyptiis, cum irruptiones fiebant, Bocchoris, ut rex ab exteris populis oppressus, carus acceptusque fuit, et exteris populis seu Graecis seu Romanis cum viri reipublicae gubernandae idonei ab Aegypto perfectam speciem et exemplum petebant, aequus rex et admiratus legislator fuit.

Sed in fabulis quae de ceteris Aegypti regibus scriptae sunt, saepius quasi belli fulmen ceterarumque gentium contemptor, quanquam populi sui rector optimus, Pharao oculis se praebet. Bocchoris contra tantum de pacis bonis artibus fama celebratus est. Hoc profecto sententiis, quibus ineuntis aetatis nostrae homines usi sunt, consentaneum est, scilicet inter Pharaones eum maximam famam apud eos consecutum esse, qui, potius quam bellica gloria, ingenii acumine et animi aequitate commendari videretur.

VIDI AC PERLEGI

*Lutetiae Parisiorum, in Sorbona,
die XVI mensis Martii ann. MCMIII,
Facultatis Litterarum in Universitate Parisiensi Decanus,*

A. CROSET.

TYPIS MANDETUR
Academiae Parisiensis Rector,

L. LIARD.

INDEX

| | Paginae. |
|---------------------------------------------------------------------------------------------------------------|----------|
| Tabula I. | I |
| Index fontium et auctorum | III |
| | |
| CAPVT PRIMVM : <i>De Bocchoris vita et morte.</i> | |
| I. De Aegypti condicione ante Tnephachthi adventum | 1 |
| II. De Tnephachtho, Bocchoris patre | 2 |
| III. Quomodo Tnephachthus regio nomine potitus sit | 5 |
| IV. De Bocchoris regis nomine | 6 |
| V. De Bocchori Sais rege | 8 |
| VI. Quale sit Bocchoris regnum | 12 |
| VII. De finibus Bocchoris regni | 14 |
| VIII. De Bocchoris morte | 17 |
| IX. Quot annos Bocchoris vixerit | 19 |
| X. Quo tempore Bocchoris regnaverit | 25 |
| XI. De Bocchori rege quae falso narrata sint | 28 |
| XII. Conclusio | 34 |
| | |
| CAPVT SECVNDVM : <i>De Bocchoris agno.</i> | |
| I. Quid de agno tradiderint Graeci scriptores | 34 |
| II. Quale sit chartae aegyptiacae testimonium | 36 |
| III. Cujus momenti sit agni omen | 37 |
| IV. De numeris CM et DCCCCXC. | 39 |
| V. Quo animo Pharaones divinationem adhibuerint | 41 |
| VI. Unde orta et quo modo divulgata sit agni fabula | 43 |
| VII. Quam ob causam Graecorum et Romanorum temporibus rur- sus in vulgum prolata sit agni fabula | 45 |
| VIII. Conclusio | 47 |
| | |
| CAPVT TERTIVM : <i>De Bocchori judice et legislatore.</i> | |
| I. Proœmium | 50 |
| II. De Bocchoris judiciis apud Plutarchum, Clementem Alexan- drinum et Aelianum | 51 |
| III. De iisdem apud Iamblichum, Zenobium, Suidam; de Pan- cratis Bocchoreide | 53 |

| | Paginae. |
|--------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|----------|
| IV. De tabulis pictis in Pamphilii columbario et in Pompeiana domo repertis | 55 |
| V. De domi Romanae tabulis | 58 |
| VI. Cur eae Bocchori jure tribui possint; cur autem huic opinioni doctus Robert adversatus sit | 62 |
| VII. Qui fuerit apud Pharaones et Ptolemaeos regalium judiciorum usus | 66 |
| VIII. De causis et legibus singularibus apud Aegyptios | 67 |
| IX. De Bocchori legislatore | 69 |
| CAPVT IV : <i>Conclusio.</i> | |
| I. Quid veri de Bocchori rege nos docuerint monumenta | 75 |
| II. Quomodo Bocchori devicto multa fabulosa a scriptoribus tributa sint. | 76 |
| III. De fabulis quae et de Bocchori, neenon de aliis regibus ab Aegypti hostibus oppresis, prolatae sunt | 76 |
| IV. Quo tempore his fabulis speciem perfectam dedisse vulgus videatur | 78 |
| V. Quam Bocchoris apud Diodorum et ineunte aetate nostra novam speciem inveniamus | 80 |
| VI. Conclusio | 81 |

ERNEST LEROUX, ÉDITEUR,
28, RUE BONAPARTE, VI^e

ALEXANDRE MORET
LE RITUEL DU CULTE DIVIN JOURNALIER
EN ÉGYPTE

D'APRÈS LES PAPYRUS DE BERLIN ET LES TEXTES DU TEMPLE
DE SÉTI I^{er} À ABYDOS

In-8, fig. et planches. 15 fr.

DU CARACTÈRE RELIGIEUX DE LA ROYAUTE PHARAONIQUE

In-8, fig. et planches. 15 fr.

F. CHABAS.

ŒUVRES DIVERSES

Publiées par G. MASPERO, de l'Institut.

Tomes I et II, in-8, fig. et planches. 15 fr.

G. MASPERO, de l'Institut.

ÉTUDES DE MYTHOLOGIE ET D'ARCHÉOLOGIE ÉGYPTIENNES

4 vol. in-8, fig. et planches 54 fr.

LE PAGE RENOUF

THE LIFE-WORK OF SIR PETER LE PAGE RENOUF
EGYPTOLOGICAL AND PHILOLOGICAL ESSAYS

Tome I. In-8, portrait et planches 30 fr.

Angers, imp. A. Burdin et C^{ie}, 4, rue Garnier.